et sustentaverunt. Hoc etiam patet per apostolum dicentem ad Ephesios ii: Superedificati super fundamentum a-
postolorum et prophetarum etc. Igitur non videtur quod ex ratione vel nomine fundamenti concludatur maior
dignitas in Petro quam in ceteris apostolis. Item alii apostoli acceperunt a Christo potestatem ligandi atque solvendi

sicut Petrus, ut patet Iohannis xx°: Accipite spiritum sanctum in vobis; quorum remiseritis peccata etc.
Ad primum dicendum est quod licet omnes apostoli possint dici fundamenta ecclesie in quantum per ipsos
tamquam lapides vivos Christus ecclesiam suam hedificare cepit, Petrus altiori gradu et dignitate
nomen et rationem fundamenti ecclesie a Christo cepit, non solum quia Romanam ecclesiam fundavit
sed quia generalem potestatem sustinendi universalem ecclesiam in fide sua et usque in finem seculi
habuit tam in se quam in successoribus suis, quod nulli alii preter Petro est concessum, cui soli tradite
sunt claves regni celorum cum plena potestate ligandi atque solvendi quoscumque et ubicumque vel-
let, ut sic eadem potestas per ipsum tamquam dispensatorem generalem bonorum Christi spiritualium ad ali-
os derivaretur. Et quando dicit apostolus: Superhedificati super fundamentum apostolorum etc., dico
quod fundamentum ibi non accipitur pro apostolis et prophetis, sed pro ipso Christo, ut per litteram sequentem patet: ipso
summo angulari lapide Christo. Verum dicitur Christus fundamentum apostolorum et prophetarum in quantum in fide eius
fuerunt firmiter fundati, vel in quantum ecclesiam super Christum lapidem fundaverunt. Secundum quod dicit
apostolus prima ad Corinthios iii°: ut sapiens architectus fundamentum posui. Et sic aliud fundamentum
aliud nemo potest ponere preter id quod positum est, quod est Christus Ihesus. Ergo per hoc non habetur quod qui-
libet apostolus equaliter perciperet nomen et rationem fundamenti ecclesie sicut Petrus.

Quando dicitur quod alii apostoli acceperunt potestatem ligandi atque solvendi, verum est, sed non sic,
quia Christus promisit claves illius potestatis nisi Petro, ut per ipsum illa potestas derivaretur
ceteris apostolis. Unde Petrus non solum illam potestatem ligandi atque solvendi habuit, sed
etiam auctoritatem illam atque potestatem dispensandi ceteris prout expediens esse iudicaret a Christo,
quod nulli alteri legitur esse datum, ut dictum est.

Secundo principaliter arguitur per illam auctoritatem que habetur Luce xxii°: Ego rogavi pro
te Petre ut non deficiat fides tua. Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Ex
quo dicto tripliciter probo propositum.
Primo in hoc quod fides totius ecclesie vocatur fides Petri, quia non magis fides Petri quam Iacobi
nisi appareret ... principatum huiusmodi super omnes fideles Christi, igitur etc.
Secundo in hoc dicitur quod non deficiat fides tua. Quia sedes illius iudicatur esse preceteris se-
dibus ecclesie principaliorem et primatum tenere, que numquam a vero iudicio de hiis que fidei
sunt deficiat, aliis sedibus in hoc deficientibus. Patet quia ad illum qui habet principatum in
aliqua multitudine pertinet alios regulare et dirigere. Ad ecclesiam autem pertinet numquam deficere.
Solus igitur ille qui valet alios sine errore dirigere debet in eius officium principatum tenere.
Adeo sic est quod in sola sede beati Petri hec prerogativa invenitur, que numquam a veritate demanavit(?)
sed in eadem fide qua a principio tempore beati Petri usque nunc perseveravit, igitur etc. Omnes autem
alie preclare ecclesie tam patriarchales quam metropolitane cum aliis ecclesiis eis subditis
frequenter et pluries a fide deviaverunt, ut patet maxime de ecclesiis orientalibus que in errorem(?) ...

ab hereticis Arrianis . Nestorianis . Et scismaticis fuerunt occupate . ut patet per eos cronicas di-
ligenter inspicientibus . Tertio ex eadem auctoritate arguitur per hoc quod dicitur . Confirma fratres tuos . i.
apostolos quorum episcopi sunt successores . Quia ille habet hanc auctoritatem super omnes fideles ad quem
ex officio pertinet omnes fideles tam episcopos quam alios in fide confirmare . Sed ad beatum
petrum et successores eius pertinet illud officium ex commissione christi . ut patet in verbo preposito cum dicit
confirma fratres tuos . i. apostolos . quorum episcopi sunt successores . Ergo sicut ad petrum pertinebat
confirmare apostolos . Ita ad successores eius pertinet confirmare successores eorum . Cum eadem
auctoritas que fuit in petro resideat in eius successoribus

Ertio principaliter arguitur . per illud quod habetur . Johannis ultimo ubi christus dixit . petro pasce
oues meas . Quia ille habet principalem auctoritatem . super oues christi . Cui pre ceteris
commissa est cura pastoralis . Sed beato petro pre ceteris commissa est cura pascendi oues . et
generaliter et indistincte tam apostolos quam alios . Et ne aliquis diceret . quod illud verbum fuit sibi
et aliis apostolis communiter dictum . Ideo christus ter nominauit eum proprio nomine et cognomine ad osten-
dendum quod pre ceteris et principaliter sibi iniungebat officium pastoris ouium suarum . Nec per hoc
concluduntur ceteri apostoli ab officio pastoris . sed ab equali auctoritate et primatus dignitate

Confirmatur ista conclusio per sanctorum doctorum dicta . dicit enim crisostomus super matheum
super illud . Accesserunt discipuli ad dominum ihesum dicentes . Quis putas maior est
in regno celorum etc. Quoddam humanum scandalum ceperunt . quod iam iam se occultare
iam non poterant . et timore cordis non substinebant . in eo quod uidebant . petrum sibi pre-
ferri et prehonorari . Item ibidem filius qui patris est et ipsi filii potestatem . petro usque terrarum
concessit . et homini mortali omnium que in celo sunt concessit atque dedit auctoritatem dans eidem
claues ad hoc . ut ecclesiam usque terrarum amplificaret . Idem super actus apostolorum . petrus autem
super omnem quam filii est potestatem accepit . Non ut moyses in gente una sed in uniuerso orbe
Idem ad consulta Bulgarorum in persona christi loquentis dicit sic . Ter te interrogo . an me diligas
quia ter me trepidus et timidus negasti . nunc autem reductus . ne credant te fratres
gratiam et clauium auctoritatem amisisse . quia amas me coram ipsis . iam tibi confirmo quod meum est
plenum . Item Cirillus Allexandrinus libro thesaurorum sic inquit . christus accepit a patre esse dux
Et sceptrum ecclesie gentium ex israel egrediens super omnem principatum et potestatem . et
super omne quodcumque est ut ei genua cuncta curuentur plenissimam potestatem sic et petro et eius
successoribus commisit plenissime . Et idem infra subdit . Nulli alii quam petro christus quod suum est
plene sed ipsi soli dedit . Et idem infra . pedes christi humanitas est ipse homo . cui tota trinitas
plenissimam dedit potestatem . quam unus trium assumpsit . Et in unitate persone transuexit ad patrem
super omnem principatum et potestatem ut adorent eum omnes angeli dei quem totum dimisit per
sacramentum et potestatem petro et ecclesie eius . hec ille . Sed ne forte aliquis dicat quod tanta potestas
non est in successore eius . ostenditur hic . quod vnio est eadem ubi in canone concilii . Calcedonensis dicitur sic

Si quis episcopus predicatur infamis . liberam habeat sententiam appellandi ad beatissimum antique Rome Anti-
stitem quem habemus petrum . petram refugii et ipsi soli libera potestate loco dei sit . ius discerne-
di episcopi criminati in fama secundum claues . sibi adeo datas Et infra . Omnia diffinita ab eo teneantur
tamquam a uicario apostolici throni . Idem cirillus Jerosolimitanus in persona christi alloquens petrum
Tu cum fine Et ego sine fine . cum omnibus quos loco tui ponam plene et perfecte sacramento
et auctoritate cum eis ero . sicut sum tecum . Et in libro thesaurorum dicit quod apostoli in euangeliis et epistolis
affirmauerunt in omni doctrina petrum esse loco domini et eius ecclesie eidem dantes locum in omni capitulo
et sinagoga in omni electione et affirmatione . Cui scilicet petro . omnes iure diuino caput inclinant
Et primates mundi . tamquam ipsi domino ihesu obediunt . Et Crisostomus exponens illud Johannis
pasce oues meas . i. loco mei esto prepositus fratrum . Item ostenditur ex dictis eorumdem doctorum
quod ad Romanum pontificem pertinent omnia que fidei sunt determinare . dicit enim Cirillus Allexandri-
nus libro thesaurorum . Ut membra maneamus in capite nostro apostolico throno . Romanorum pontificum
a quo nostrum est querere quid credere . Et quid tenere debemus . Item maximus in epistola orientalibus directa
dicit . Omnes fines orbis . qui dominum sincere receperunt . Et usque terrarum catholicam fidem uere confiten-
tes et ecclesiam Romanorum tamquam in solem respiciunt . Item quod Romanus pontifex sit papa uni-
uersalis super omnes patriarchas ostendere ex dictis eorumdem doctorum . primo per illud quod legitur in
concilio Calcedonensi quod tota sinodus acclamauit leoni pape . Leo sanctissimus apostolicus Et yco-
nomicus . i. uniuersalis patriarcha . per multos annos uiuat . Item Cirillus dicit . Cui ipsius scilicet
apostolici throni . Romanorum pontificum solius est reprehendere corrigere statuere disponere soluere
et loco illius ligare . qui ipsum hedificauit . Item Crisostomus super actibus apostolorum dicit quod petrus
est apex sanctissimus beati apostolici thori . pastor bonus . Item super Johannem . dicit Jacobus in loco locali
petrum autem super uniuersum orbem constituit pastorem et magistrum . hec ille .

Nunc restat contra ueritatem arguere et dubia doctorum adducere . primo uidetur quod ecclesia Ro-
11 mana non teneat primatum omnium ecclesiarum . Quia sedes christi debet esse super sedem petri . Sed ecclesia
Jerosolimitana fuisse uidetur sedes christi quia ibi tamquam doctor principaliter sedit et do-
cuit ut sacerdos sanctissimus ubi sui corporis et sanguinis sacramentum instituit Et ut ponti-
fex apostolos suos in sacerdotes ordinauit . Et post ascensionem suam eosdem carismate spiritus
sancti confirmauit . ergo uidetur quod in sede sua fecit . Sed beatus Jacobus fuit ibi positus episcopus im-
mediate post christum . et non petrus . ergo uidetur quod Jacobus fuit maioris dignitatis quam petrus
papa . Tenet principaliter quia fuit prima .

Preterea . Aut ecclesia Romana . Et hoc non quia Jerosolimitana . Aut quia petrus
p primo ibi sedit . Et hoc non . sed in Antiochia . Aut quia ibi per martirium consumatus est . Et sic
fortiori ratione debet Jerusalem primatum tenere . Et si esset possibile tanto maiorem quanto
christus maior est petro . quia ibi fuit consumatus ipse christus ergo etc.

Confirmatur per illud quod habetur Actuum xv . ubi legimus quod beatus Jacobus tamquam iudex
dedit sententiam diffinitiuam de questione que mouebatur a conuersis ex iudeis dicentibus
conuersos ex gentibus debere circumcidi . Nam beatus Jacobus premissis quibusdam uerbis conclusit

sic. pp. q ego iudico. no inquietari eos qui ex gentibz conuertunt ad deum. Iudicare autem
ptinet ad iudicem. In cuncione e aut. q minor iudex in psentia maioris iudicet i diffini-
at. Constat aut. q btus petrus erat pns in illo concilio ut pz. ibide. g no erat supior.

Ret(er)ea psupposito. q btus petrus huit illa ptatem quam tu dicis. No Jacobo
sequit q ad successores eius transierit n sibi. hoc xpus pmisit. In hys aut que
fidei sunt. no debem credere n. qd in sac. scriptura inuenimus.

Retea. Sequeret q huius electus clemens. Et anaclet qui fuunt discipli bti
petri. et eius sedem tenetes. fuunt maioris dignitatis q btus Johes euangeli[sta]
que xpus preceteris dilexit aplis. Et cui matrem sua in cruce comedauit. pz contra
qz iste Johes adhuc uiueb at temporibus eorum. Sz cons. uidet absurdum q tanti aplus
tante dignitatis et sctitatis. fuisset subditus discipulo petri.

Reterea. ponat q transiuit. illa ptas ad successores eius no seqt q duauerit
usque ad modernos. eo q moderni potifices Romani. Anathematizati et de
positi ab statu suo. cu omnibus epis. occidentalibz sibi adherentibz p conciliu
ephesinu. eo q semp addut ad symbolu. Nicenu. spm scm a filio pcedere. phibet. at
in dicto concilio. q nullus addat aliquid ad symbolu. pfatu sb pena pdicta. Vn ut arg[ume]ntu
confirmandu. ponit similitudinem. fuit quida pr. qui hebat quinqz filios. quib diui-
sit hereditate sua. dans eis certas regulas. quas si transgrederent. hereditate sui priuarent
Ordinauitqz. Insup. q primogenit heredita[te] diuideret et distribueret. Sz pt morte pris
accidit. q primogenit ille transgressus e. regulas pris. Ideo dignitate et offo eam diuidendo
caruit. Et ad frem suu scdo genitu. q regulas patris tenuit tota dignitas eius transiuit.
Sic in pposito. xpus huit. quinqz filios. i. patriarchas quorum primus e. pontifex Romanus
quib dedit regulas et modum uiuendi. credendi. et docendi. Pontifex aut. Romanus transgressus
e illa regulam de doctrina spus sci. Quia xps dicit. q sps sctus a patre pcedit. potifex
Romanus addidit et a filio. Et io ptate distribuendi bona ecclesiastica carere debz. potifex
aut. Constantinopolitanus e primus pt eu. Et io ista dignitas ad eu ptinet.

Reterea tota ro quare. petrus uoluit tene sede in Roma principa. e. qa
Roma erat pricipalis ciuitas et qsi caput mundi. quia regnabat impator re-
gens. qsi totu mundu. g cessante ca. cessare debz effectus. Illa aut pricipalitas
Rome translata e in constantinopolim. g uidet q pricipalis sedes sacdotalis pt debz
ee In ciuitate Constantinopolitana. quia congruu e q pricipalis sedes sacdotij sit. ubi
e pricipalis. sedes Impij. ad hoc q ecca ptegat potestate regia. qua frequenter Indiget. Et
confirmat ista ro. Quia uetus testamentu fuit figura noui testamenti. legimus q quando
Judices ppli ysrael erant in silo. i. et erat sacdotiu et arca testamenti ut pz primo Regu
p. Et qn translata e sedes Judicialis i ierusale. i. et translata fuit arca dni. et sacdotiu
ut pz. vj. cap. Et sic simil fuit sedes sacdotalis cu sede regali. g sic dz fieri mo. q tran-
slata sede Impij. de Roma In constantinopoli dz fieri translato sedis pricipalis sacdotij.

Reterea q illud q tu dicis. q Eccla Romana. nuqz errauit. uidet ee flm. no
solu pp opinione de pcessione spus sti. Sz et quia plures ppe fuunt. q plures
alias heresis tenuerunt. Sic. p. de quoda leone q fuit arrian. et de quoda alio
bigerio q fuit eutian. et de quoda Johe q sm opiones latinorum errauit de uisione bta
dicens. q aie scorum no uidet deum usqz ad diem Judicij. Que opio licet sit uera. sm gre-
cos. tn e heretica sm latinos.

Reterea mltis alijs modis errauit. p. in baptismo ubi dicit ego te baptizo
i noie pris et filij. et sps sti. am. Quia minister ecce no lauat aiam apeccato
s xps. g hoc significare fora baptismi. s fora latinorum magis significat q
sacdos abluat peccata q xps. forma aut grecorum magis significat eo. s. q xps bapti-
zat magis q minister. cu dz baptizet suus xpi i noie pris et filij. et sps sti amen

Reterea illa fora latinorum e. occasio erran. simplicibz ut credant baptizin
ee melius a meliori ministro. Vel ut credant baptismu ministro ee attribuendu
ut patuit in primitiua ecca que errore repbat aplus p. ad corinthios pa

Etiam. errant in sacramento altaris quantu ad materiam. et quantum ad usum. primo
quantum ad materiam. uident Judeizare. conficientes i azimo more iudeorum q pascha
suu in azimis celebrabant. Et in hoc faciunt contra ritu xpi. q hoc sacramentu in fer-
mentato instituit ut pz manifeste p euangeliu Johis p. p illud q dr. xiij. cap. aut
die festu pasce et ce. dies aut pasce Intelligit dies ymolatois agni. q pasca dicebat
Sz in illa die. Iudei comuniter no utebant n fermentato. g uidet q xpus confecerit
in fermentato. It pz p illud qd scr. xx. ca. q iudei no intrauerunt pretoriu pilati ne con-
taminarent. s manducarent paschale agnu. g illa die agnus. et eade die. dies
azimorum Incipiebat. ut pz. p legem moysi. Sz xpus fecat cena sua die pcedenti
g fecat in fermento. Vn dicunt greci q xps sciebat passione sua iminere anticipauit
p una die celebratione sui pasce. Sz sm eos. xps celebrauit pasca suu. luna pa
tria. Et fuit crucifixus. luna decimaquarta. Cui opinioi uidet concordare figura agni pa-
schalis q ymolabat luna decima quarta. Certu e q illa ymolatio figurat xpi passionem
Et p ons xps debuit pati eade die s. decima quarta luna. Et qn dicunt alij euangeliste
q prima die azimorum et ce. dicunt q melius e credendu Johi q alijs. qz ipe fuit pns in
oibus ut ipemet testat. Et ultio scripsit euangeliu. et io i hoc passu correxit alios

Item errant quantum ad usum huius sacramenti. quia xps dixit. n manducaueritis
carnem filij hominis. et eius sanguinem biberitis. no hebitis uita in uob. Sz
latini sumunt corpus et no sanguinem. n sacdotes qui consecrat. g uidet q omnes
alij. tam clerici q laici. sunt ex. statu salutis. pz qz no hnt uita spiuales i semetipsis. ex quo
no bibunt sanguinem xpi.

Reterea. uidet ee pastor ecce. generalis. Et uicarius xpi deberet xpm imitari

conformans se xpo in humilitate et paupertate et alijs virtutibus. ut possit oves xpi ad imitationem eius facilius provocare et attrahere per bonum exemplum. quia hoc requirit ad officium pastoris. secundum quod dicebat Apostolus. Imitatores mei estote sicut et ego xpi. quia plus movent exempla quam verba. Sed in romana curia regnat superbia. avaritia. vanitas et carnis voluptas. ergo videtur quod illa curia non regatur a spiritu sancto. Constat autem quod vicarius xpi generalis regitur a spiritu sancto. eo quod spiritus sanctus numquam dimittit ecclesiam. ergo videtur quod pontifex Romanus non sit vicarius xpi generalis.

Tertium arguo sic. quod oves xpi debent sequi et imitari suum proprium pastorem sed non debent imitari Romanum pontificem. quia sunt peccata. ergo non est pastor ecclesie.

Et confirmo quia sapientie primo capitulo dicitur quod sapientia que est xps non inhabitat in corpore subdito peccatis. sed necessarium est ecclesie ut xpus habitet in illo qui habet generale ecclesie regimen quia xps per ipsum regit ecclesiam suam. ergo si xps non habitat in papa vero. quo modo potest ecclesiam dei regere. Certum est quod non potest. ergo non est papa. Iste sunt rationes quas potui legere audire et invenire pro ecclesia grecorum contra ecclesiam latinorum. In quarum solutione cum adiutorio dei apparebit quam frivole sint et contra rationem

Ad primum et secundum insimul. Respondeat concilium nicenum. In quo greci primum acceperunt fundamentum erroris sui. contra Romanam ecclesiam ut patuit supra in solutione secundi argumenti. in quo concilio dicitur sic. Sciendum est sane ab omnibus catholicis. quod sancta Romana ecclesia nullis decretis synodalibus est prelata. sed evangelica voce domini salvatoris nostri primatum obtinuit. quando dixit. Tu es petrus et super hanc petram hedificabo ecclesiam meam etc. Adhibita est et societas in eadem Romana urbe beatissimi apostoli pauli vasis electionis. Et post pauca dicitur. prima ergo sedes est celesti beneficio Romane ecclesie. quam beatissimi apostoli. Petrus et paulus suo martirio dedicarunt. Secunda autem sedes apud alexandriam beati petri nomine. a marco eius discipulo ac evangelista consecrata. Tertia sedes apud antiochiam eiusdem petri nomine. ut est habetur honorabilis. quia illic prius quam Romam veniret habitavit. Et ignatium episcopum ibi constituit. Et ibi primo nomen xpianorum novelle gentis exortum est. Verum et ierosolimitanus episcopus propter tanti loci reverentiam habetur honorabilis maxime quia ibi beatus Jacobus. et ibi ordinatus est episcopus. Itaque secundum antiquorum patrum diffinitionem sedes prima in ierosolimis esse non dicitur. Ne forte ab infidelibus aut in doctis. sedes domini nostri ihu xpi. qui in celis est. in terra esse putaretur. Est autem sedes celum. Terra autem scabellum pedum eius. quoniam ipse est per quem omnia facta sunt. Et sine quo factum est nichil. Johannis primo. Quia ex ipso et per ipsum. Et in ipso sunt omnia ipsi gloria in secula. Et de verbo ad verbum habentur in actibus concilij niceni. Ex quibus verbis apparet primo. quod illi qui sedem ierosolimitanam esse sedem domini proponunt. Illud concilium nicenum male studuerunt. Secundo apparet quod ecclesia Romana non habet primatum auctoritate alicuius concilij vel synodi. sed solum auctoritate domini nostri ihu xpi. Tertio apparet quod et si

beatus Jacobus. fuit primus episcopus Jerosolimitanus. tamen a beato petro fuit ibi positus et ordinatus. Constat autem quod minor a maiore ordinatur et non econverso. Quarto apparet causa rationalis quare. petrus noluit sedem Jerosolimitanam appropriare. pro prima sede ecclesiarum omnium. Quinto patet quod tantum tres ecclesie quas beatus petrus fundavit. duas per se. Et unam per discipulum suum secundum antiquam traditionem. nomen patriarchatus et dignitatem obtinent. Ex quibus apparet quanta superbia est et arrogantia in patriarcha Constantinopolitano. Cui non sufficit patriarchatus nomine gaudere. Sed insuper orbicularis nomen non veretur sibi usurpare. dicendum est quarto. quod ideo. sedes. Romana est prima. quia petrus xpi vicarius generalis. illam sibi appropriavit ut nullus alius nisi ipse et successores eius ibi sedeant. Et quamvis equalem potestatem ubique terrarum haberet. sic in Roma tamen conveniens fuit. ut specialem locum sedis sue eligeret. ad quam omnes totius mundi confluerent. qui eius judicio indigerent. Et ille locus est Roma. quia ibi diutius sedit Et cum ibi per martirium consumatus fuit. atque ipso. adhuc vivente successorem sibi in eadem. beatum. Clementem fecit quod de nulla alia ecclesia potest dici. Unde sic dicit Beatus. Innocentius papa. fecerat beatus petrus apostolus. presentia corporali ecclesiam antiocenam iam sua que urbis Rome sedi non cederet. nisi quod illam in transitu habere meruit. ista susceptum ecclesia Romana quia beatum. petrum in se consumatum congaudet. Quinto ultimus arguitur. de illo concilio apostolorum. Illi qui hoc obiiciunt parum studiosi videntur. Ibi expresse habetur. quod beatus petrus princeps et primus ut Judex locutus est. dans sententiam diffinitivam. postea locutus est Jacobus tamquam consiliarius addens verbum verbo quod nullatenus fuisset autenticum nisi a beato. petro fuisset approbatum quod autem dicit. Jacobus propter quod iudico ego etc. dicendum est quod iudicare non accipitur ibi pro actu iustitie proprie iudicis. Sed pro dictamine rationis quod in omni homine potest dici iuditium. sic dicebat Job. amicis suis. quod iudicare eterum est. quod non erant iudices super Job. sicut ipsemet dixit idem Non inferior vestri sum. ergo non erant iudices sui. Et communis usus loquendi est talis secundum iuditium meum. hoc debet fieri vel illud. Et ita fuit in proposito.

Ad secundum. quando dicitur quod non sequitur quod illa auctoritas transierit ad successores eius dico quod ymo sequitur de necessitate. quia xps sic ecclesiam instituit quod usque in finem seculi esset duratura. secundum illud ysaie. Super solium david sedebit. ut confirmet illud amodo usque in sempiternum. hoc autem non esset nisi auctoritas eius que fuit in petro duraret in successores eius usque ad finem seculi. precipue cum illa auctoritas quam magis fuit necessaria post mortem petri quam ante. Non solum propter maiores persecutiones tyrannorum que maiores fuerunt post martirium eius quam ante. Sed maxime propter multiplices errores hereticorum. quorum persecutio fuit gravior et periculosior ecclesie quam tyrannorum. hoc non promisit petro nisi in sacra scriptura. Et quando dicitur quod xps. hoc non invenitur. dico quod falsum est. saltem quantum ad sensum satis invenitur. Ingentem xps dedit. petro primatum ecclesiastice dignitatis super universum orbem ratione cuius domini. Ecclesia quam. petrus fundavit. et quam pro sede propria elegit. Et in qua petrus martirium consumatus fuit est caput omnium ecclesiarum

Item invenit quod Christus promisit petro fidem eius numquam deficere quod non solum intelligitur de fide singulari petri eius. Sed de fide ecclesie eius que dicitur et est iudex et regula omnium ecclesiarum. Et ibidem legitur quod Christus commisit sibi confirmare suos ut patuit est quod non intelligitur tantum de apostolis qui spiritum sanctum cum petro receperunt a Christo immediate confirmati fuerunt. Sed de eorum successoribus scilicet episcopis aliarum ecclesiarum quorum correctio et confirmatio in fide ad illum pertinet qui locum petri tenet. Si igitur ecclesia romana ista potestate careret iam fides petri defecisset qua ecclesia eius credit Romanum pontificem potestatem petri habere. Et per eam beneficium divine misericordie obtinere. Cum igitur potestas ecclesiastica sit de hiis que ad fidem pertinent. Si ecclesia petri in ista potestate erraret. Sequitur quod in fide erraret. Et si non est credendum fidei ecclesie cui Christus promisit fidem numquam deficere quomodo magis credendum est hoc illi ecclesie. Cui Christus hoc non promisit. Et in qua tot hereses fuerunt et tot heretici ibidem sederunt. Si regula et vertex aliarum ecclesiarum deficiat a fide. Alie ecclesie que per eam sunt regulande quomodo stabunt in fidei rectitudine. Dicat fotius et fotianus imitator eius atque successor. In quo loco sacre scripture aut in quo dicto autentico sanctorum doctorum invenit potestatem quam Christus dedit petro a successoribus eius fuisse ablatam et a Christo sibi fuisse traditam. A quo solum modo et non ab ecclesia nec ab aliquo concilio potuit hoc fieri. Quod si non potest hoc ostendere noverit se istam auctoritatem non esse usurpatam. Verum pastorem sed potius lupum rapacem atque furem et latronem oves Christi ducentem ad perditionem.

Quando arguit de Lino et Clemente etc. Non est inconveniens discipulum superare magistrum in aliqua dignitate ecclesiastica vel seculari. Et non in primum discipulus sanctus Johannes Evangelista fuit maior illis in sanctitate et merito apud deum et tamen minimus in gradu ecclesiastico.

Ad illud quod obicitur quod Romani pontifices sunt depositi per concilium ephesinum et cetera dico quod est qui sic dicunt completum est verbum Spalmi. Gladius eorum intret in corda ipsorum. Quia igitur gladio lingue non parent summo pontifici cui iure divino reverentiam debent ipsum maledicentes et anathematizantes ligati sunt et semet ipsos fortius ligant quo summum pontificem ligare putant. Quid autem veritatis habeat illud quod de spiritu sancto obicitur latinis iam patuit. Et nota quod ille concilium allegatum et quod additio illa non variat fidem. Quia superius ostensum est quod si spiritus sanctus non procedat a filio. Non differt ab eo quod est contra fidem niceni concilii. Et ideo per rationes eorum omnes greci tam episcopi quam sacerdotes quam alii laici negativam illam addentes sunt depositi et anathematizati.

Praeterea cum summus pontifex sit super omne concilium quod patet ex hoc quia nullum concilium generale firmitatem nec auctoritatem habuit nisi a pontifice Romano approbatum fuit et confirmatum ut patuit de concilio generali congregato in epheso contra Ennonem quam tenuit dioscorus Alexandrinus episcopus in quo fuerunt duodecim episcopi qui omnes diffinitioni dioscori se subscripserunt paucis exceptis scilicet quinque vel sex. Quia tamen Leo ipsum approbare noluit nullum valorem habuit. Nec inter concilia generalia computatur. Et ideo si papa Romanus est supra omne concilium quomodo audet contra dicere quod per regulam cuiusque concilii papa sit depositus. Ad quem pertinet omne concilium generale vel infirmare vel confirmare.

Praeterea presupposito adhuc quod a Christo loquente esset depositus a quo solo potest deponi sicut et institui. Qua ratione audet Constantinopolitanus episcopus illam dignitatem sibi arrogare. Quod si dicat illam dignitatem debet sibi vendicare auctoritate cuiusdam concilii quod dedit sibi primum locum immediate post papam tenere. Numquid propter hoc ordinavit concilium ut eandem potestatem generalem quam habet papa obtineret. Supposito quod papa contra rationem cuiuscumque concilii delinqueret. Nam si per illud privilegium ista dignitas fuit sibi data. Cum illud concilium vel simile possit idem facere alteri patriarche vel episcopo sypha. Sequeretur quod in potestate cuiuscumque concilii generalis esset potestatem quam Christus dedit petro a quocumque vellet auferre. Et cuicumque placeret sibi dare. Et sic posset deponere quem Christus instituit. Et reponere quem Christus deposuit. Et potestas concilii esset supra auctoritatem Christi in hac parte quod quantum sit absurdum patet quibuslibet recte sentientibus ad videre. Verbi gratia ut exemplo utar. Sunt quinque fratres filii unius pauperis rustici. Quorum primogenitus sit acceptus Regi propter aliquam gratiam in eo repertam. Rex vero instituat eum dominum domini sue sicut legimus de Joseph. Accidit vero postea quod offendat Regem et deponatur a Rege ab officio suo. Numquid poterit fieri eius secundo genitus absque speciali mandato Regis in dicto officio. Fratris sui depositi se ingerere. Nonne talis esset potius de presumptione sua vituperandus quam in dicto officio admittendus. Patet igitur quod frivola et ex proposito est illa similitudo sua de quinque fratribus in qua tamen tamquam in baculo arundineo totaliter innititur. Ideo oportet quod corruat.

Praeterea quero a grecis rationem pontificis condemptoribus et depositoribus. Si liceat eidem pontifici pro purgatione sua ab eisdem iudicium appellare ut maiorem ipsum. Et illos iudicet de causa depositionis utrum sit iusta vel iniusta. Si dicant quod non. Sed saltem audientia debet purgationis. Quia non minus misericorditer est agendum cum pontifice romano quam cum alio simplice sacerdote vel episcopo. Cui appellanti ad iudicium superioris audientia non debet denegari ut patet per multa concilia generalia et maxime per concilium calcedonense. Si dicant sibi licere et quod debet audiri. Quero et tunc ab eis apud quem debet hoc iudicium agitari. Si apud eos quod hii idem erunt hostes testes et iudices. Sed nec tali iudicio humana debent committi negotia quanto minus divina et ecclesiastica. Si apud principem secularem quod ille debet divine et ecclesiastice dignitatibus a pontificibus edoceri non eadem iudicare. Nec sibi quisquam potentissimus seculi qui nomine christianus hoc sibi vendicare presumpsit ne forte christianam religionem persequeretur. Si hoc pertinet ad religionem quod secundum canones non nisi sedi apostolice debetur sententia totius iudicii. Unde refert Nicholaus papa primus in epistola ad michaelem imperatorem Constantinopolitanum fuci fautorem quod tempore dyocletiani et maximiani Augustorum Marcellinus episcopus urbis Rome qui postea insigni martirio decoratus est adeo compulsus a paganis ut templum eorum ingressus grana thuris super prunas imponeret. Cuius rei gratia collecto sancto plurimorum episcoporum concilio. Et inquisitione facta hoc se egisse. Ipse pontifex

confessus est. Nullus vero est sententiam proferre. Sed omnes ei responderunt: tuo ore vindicta tantum tui. Rursus inquid: quoniam ex te iustificaberis aut ex te condempnaberis. Et recte quoniam prima sedes non iudicatur a quoquam.

Tertio cum quidem temptasset contra Sixtum papam quidam rumores malitie obicere, et in concilio in quo imperator Valentinianus erat dictum fuisset contra summum pontificem non licere sententiam dare, surrexit protinus et in arbitrio dicti pontificis tribuit videre iudicium suum. Item tamen habent plures in actis pro certo apud Calcedonem detestati sunt ut Dioscorum Alexandrinum episcopum inter cetera id circo potissime sine restitutione dampnavit quia ponens in celum os suum excommunicatione in papam Leonem dictavit testante Anatolio episcopo Constantinopolitano. Et ab eodem Dioscoro idem ordinato qui dicit non tamen propter fidem dampnatus est Dioscorus, sed quia excommunicationem domino Leoni archiepiscopo Romano induxit ut patet in actis eiusdem concilii.

a D illud quod dicitur quod tota causa quare Petrus elegit Romam est. Similiter est: Nam causa principalis fuit Spiritus Sanctus a quo regebatur in omnibus factis suis. Causa tamen accessionalis potuit esse principalitas urbis ut que erat caput erroris et superstitionis fieret caput christiane religionis. Et ut subito capite mundi christiane fidei facilius subicerent mundi residuum. Et cum dicitur quod ista causa cessat. Similiter est quia semper est i. principalis sedes imperii quamvis hoc non sit necessarium ad propositum nostrum ostendendum. Nam illud argumentum est satis ridiculosum in quo subicit quod potestas divina potestati humane subiciatur. Certum est potestas ligandi et solvendi est divina potestas aut regis est humana. Et secundum istam rationem in potestate regis esset quandocumque placeret sibi facere novum papam et mutare potestatem divinam auferendo uni et dando alteri secundum voluntatem suam. Patet quia sic potuit mutare sedem suam principalem de Roma in Constantinopoli. Ita posset mutare de Constantinopoli in Calcedoniam vel Thessalonicam. Et sic secundum istos potestas episcopi Constantinopolitani expiraret propter solam carentiam sedis regalis. O quante virtutis esset illa sedis regalis que divinam potestatem malegerentibus ministris ecclesie secum transferret ubicumque vellet. O quante infirmitatis esset illa potestas divina que in nullo loco nisi in nullo ministro ecclesie residere valeret nisi in quantum potestas humana permitteret. Et tamen quamvis istud consequens sit ita absurdum sicut potest quilibet percipere, istius opinionis videntur Greci Constantinopolitani esse quorum imperator quando placet sibi deponit suum patriarcham et quando placet sibi ipsum restituit vel alium loco eius ponit qui secundum voluntatem eius eligitur. Nam ut communiter dicitur tres pro patriarcha simul eliguntur. Et quemcumque et quandocumque illorum trium imperator voluit approbare et confirmare, ille pro patriarcha habetur. Et si nullus illorum placet imperatori tunc nominat electoribus alios tres, inter quos est ille quem imperator vult eligi. Iterum procedit ad electionem illorum trium quorum nullus consecrator nisi qui ab imperatore acceptatur. Et sic princeps ecclesiasticus a principe terreno constitutus ecclesie ponitur vel inde aufertur per potestatem humanam. Considerando qualis est ista potestas ecclesiastica que tam faciliter aufertur a potestate humana. Et

qualis est iste patriarcha ecclesie universalis qui tam viliter subicitur potestati unius laici seculares. Et quod iste preferre se pontifici Romano qui vilius subicitur uni laico quam mancipium possit subici domino suo. Et nemo invito subicitur uni laico qui propter Christum tenetur subici beato Petro.

1 Q uando ulterius arguitur de sacerdotio et corona etc. dicitur quod non ideo archa erat in Silo quia ibi erat iudex sed econverso. Nec legitur aliquem iudicem sedisse nisi Heli qui sacerdos magnus erat legis et sic idem erat iudex ecclesiasticus et civilis. Nec fuit translatum sacerdotium cum archa Ierusalem propter sedem regalem. Sed quia Deus elegerat Ierusalem ex omnibus civitatibus Israel ut nomen suum principaliter invocaretur. Et ut templum nomini suo hedificaretur ut patet iiijo Regum viij. Et ita in novo testamento elegit Romam ut ibi hedificaret sibi ecclesiam suam que esset sancta et immaculata usque ad finem seculi ab omni labe heresim. Et ut fieret sedes summi pontificis per quam fides ab omni impugnatione hereticorum semper illesa custodiretur. Nam hec est illa de qua dicit Spiritus Sanctus per os Salomonis Canticorum vj: Una est columba mea perfecta mea, id est sancta mater catholica et apostolica ecclesia que semper caruit felle heretice pravitatis. Et in progenie semper carebit.

a D aliud quod arguitur quod plures pape erraverunt, dicendum est quod in illis tribus pontificibus nominatis Deus ostendit se singularem et mirabilem curam habere de regimine et protectione Romane ecclesie in hoc quod numquam eam permisit errare et hereticorum errore infici quantumcumque homines ad inficiendum eam laboraverunt.

P rimo de illo Leone dicendum est quod si ystoria eius sit vera numquam fuit verus papa. Nec canonice electus, sed per violentiam imperatoris heretici scilicet Constantii qui Arrianis favebat, et fuit ab Arrianis in sede collocatus apostolica. Adhuc vivente papa Liberio ad exilio condempnato. Domino non ferente tantam iniuriam sui sedi apostolice eadem die qua dictus Leo antipapa primum consistorium suum tenere voluit morte subita et turpissima scilicet morte Arrii obiit egerens intestina per naturam secreta.

S e Vigilio vero Deus adhuc satis mirabiliter ostendit in custodia Romane ecclesie. Quia sic narrat ystoria quamvis dictus Vigilius non esset hereticus tamen antequam esset papa hereticis favore amore dignitatis et pecunie consentit. Nam regine Theodore que Euticianis hereticis favebat promisit fidem eorum confirmare et concilium Calcedonense condempnare dum tamen Silvestro in papam eligeretur. Qui postea sedem Romanam occupans papa Silvestro in exilium misso adhuc vivente litteras sui falsatorias occulte scripsit et dicte Regine misit rogans ut nemo hoc sciret tenens forte ne a catholicis expelleretur. Sed quia tunc non erat papa et ideo a Spiritu Sancto non regebatur. Sed tandem papa Silvestro defuncto dominus in eum respexit et omnibus erroribus confitentibus dictus sedit. Et quidquid fecerat pro hereticis revocavit et condempnavit. Sedisque concilio Constantinopolitano concilium Calcedonense confirmavit. Et regiam Theodoram excommunicavit. Et

omnes eius errori adherentes anathematizavit. propter quam causam jussu Regis in constantinopolim ductus est et ibi multiplicat flagellatus. Et per civitatem tota die tractus. qui semivivus relictus fuit et post paulum in arta custodia positus in exilium deportatus est et post biennium in fide xpi perseverans ad xpm feliciter migravit. C. et sic in cathalogo sanctorum pontificum est anotatus. In istis igitur duobus ostendit sedes apostolica magis honorabilis quam vituperabilis.

d E Johe papa. dicitur quod impomint sibi. pro illa opinione per aliquo tempore pertinaciter tenuit. Sed quia totum concilium suum ei contradixit. statim eam revocavit. Non enim ecclesia aliqua dicenda est errare in fide. quamdiu concilium. per quod regitur sanum est. Et principaliter rector ipsius ecclesie nichil vult diffinire. Nec aliquod novum tenere sine concilio suo. C. non sic est de hereticis. qui ecclesias orientales tenuerunt. quia suas synodos congregabant. Et in suas heresis tamquam suam fidem profitebant. Et alios sic credere et tenere suas heresis cogere compellebant. Et non adherentes eis deponebant. Ondant in si possit dicitur unum papam qui talia fecerit. Et quod concilium Romane ecclesie eidem favore in errore persistit. Et tunc audatius latrare poterit contra pastorem suum.

Candida: triticea tenuis. non magna. rotunda

Expers. i. sine parte fermenti. non falsa sit hostia xpi.) Expers. i. sine parte.

n Nunc ad sacratissimum sacramentum altius descendamus. C. de quo dicendum est quod quamvis possit confici in fermentato sicut in azimo. tamen convenientius conficitur in azimo. tum quia xpistus confecit in azimo quem in hoc ritu specialiter sequi debemus ut patet. C. mathei. xxvi. C. marci. xiiii. et luce xxii. tum quia puritas corporis xpi mistici. quod est ecclesia que in hoc sacramento configuratur. C. ad quam puritatem. Nos ortatur apostolus paulus. prima ad corinthios. Et enim pascha nostrum ymolatus est xpus. Itaque epulemur non in fermento veteri. neque in fermento malitie et nequitie. sed in azimis sinceritatis et veritatis.

e [T]Cum dicunt. quod xpus confecit in fermento. C. dico quod in hoc tripliciter errant. primo in hoc quod dicunt. xpm die pascha prevenisse. quia hoc est contra evangelistas. ut supra probatum est. C. Secundo in hoc quod dicunt xpm pascha suum in fermento fecisse. quod erat expresse prohibitum in lege. Et preceptum quod agnus paschalis cum azimis comederetur ut patet exodi. xii. quem ritum. xpus voluit servare usque ad mortem. ex eo quod iste ritus erat figura passionis sue. Et ideo cum de necessitate legis illud pascha fieret cum azimis oportet dicere. quod xpus. qui non venerat solvere legem sed adimplere. illud pascha et si die prevenisset celebravit cum azimis.

t Tertio adhuc magis errant quidam latini eorum qui dicunt tres evangelistas falsum scripsisse. Et Johannem eos correxisse. C. quia cum tota sacra scriptura credatur a fidelibus

fuisse a spiritu sancto revelata a quo non potest falsitas procedere. C. qua ratione una pars esset falsa. eadem ratione et alia. Et sic tota fides ecclesie que in scriptura sacra continetur. esset dubia et vana. Et ideo hoc dicere. non solum est falsum. sed hereticum. C. Rationesque eorum procedunt ex falso intellectu sacre scripture.

q [Q]uantum ad primum dico quod per diem festum pasche. intelligitur dies decimaquinta primi mensis. i. lunationis marcii. que secundum ebreos erat solempnissima. inter omnes dies anni. Et in vespere diei precedentis. scilicet in decima quarta die ad vesperam. comedebatur pascha cum azimis ut patet exodi. xii. Et levitici. xxiii. Et sic eadem die. que a tribus evangelistis vocatur prima dies azimorum. a Johanne vocatur ante diem festum pasche. i. ante diem decimam quintam. Et sic non repugnant evangeliste inter se.

a [A]d secundum argumentum. Respondet Johannes. Crisostomus. super Johannem dicens. quod vult est hoc dicere. ut non contaminarentur. sed manducarent pascha. i. quia in illa die manducarent pascha ut pessimum animi sui adimplerent desiderium in morte xpi et sic legem solverunt. Sed quia hoc non constat nobis. potest aliter dici quod per comestionem pasce intelligit comestionem azimorum et aliorum ciborum pascalium quos per septem dies comedebant.

q [Q]uando postea arguunt. de vino sanguine xpi et cetera. dicendum est quod circa vinum huius sacramenti duo possunt considerari. C. unum ex parte ipsius. ex parte ipsius sacramenti C. aliud ex parte sumentium. C. ex parte sacramenti convenit quod utrumque sumatur. scilicet corpus et sanguis. quia in utroque consistit perfectio huius sacramenti. C. Et ideo quia ad sacerdotem pertinet hoc sacramentum perficere. nullo modo debet corpus xpi sumere sine sanguine. C. ex parte autem sumentium. Requiritur summa reverentia et cautela. ne aliquid accidat quod vergat in iniuriam tanti sacramenti. quod precipue posset accidere in sanguinis assumptione. qui dum in caute sumitur de facili posset effundi. Et quia crescente multitudine populi xpiani. in qua continentur senes et juvenes et parvuli. quorum quidam non sunt tante discretionis ut cautelam circa huius sacramenti usum adhibeant. C. Ideo in quibusdam ecclesiis observatur. ut populo sanguis non detur. sed a solo sacerdote sumitur. C. et ex hoc non sequitur aliqua imperfectio huius sacramenti. quia perfectio huius non est in usu. sed in consecratione materie. C. Nec inde sequitur aliquod detrimentum spiritualis vite. quia sacerdos in persona omnium offert et sanguinem sumit. C. Et sub utraque specie. totus xpus continetur

e Et in hoc. Greci mirabiliter errant. quia dant sacramentum et coronant pueros usum rationis nondum habentibus quia cum quodlibet sacramentum efficiat spiritualiter quod figurat corporaliter. sicut baptismum spiritualiter lavat. Et confirmatio animam spiritualem levat contra ardua et terribilia. et sic de aliis. Istud sacramentum igitur si debite sumitur animam nutrit. et vitam spiritualem confortat et augmentat. Cui igitur non competit in vita spirituali proficere neque usus huius sacramenti competit. C. Sed certum est quod pueri non habentes usum rationis non possunt in vita spirituali proficere. quia ad perfectionem requiritur proprius actus

devotionis et proprium meritum. Et causa est quia tales non possunt mereri sic nec demereri. nam si possent mereri. possent et peccare quod est falsum. Et ideo qui sumunt hoc sacramentum non usus debitus sed abusus tanti sacramenti.

Et obstat verbum xpi dicentis. Nisi manducaveritis carnem filii hominis. et biberitis eius sanguinem etc. Primo quia loquitur adultis et non parvulis. Secundo quia non loquitur de sacramentali manducatione principaliter sed de spirituali qua homo per caritatem deo coniungitur ex voto et desiderio sumendi hoc sacramentum. quia per sumptionem huius sacramenti significatur et magis perficitur. Sed contra. sicut potest homo sumere hoc sacramentum non recipiens eius effectum. sicut faciunt indigne sumentes. ut dicit Apostolus prima ad corinthios xi. Ita sine sacramentali sumptione potest recipere effectum eius scilicet augmentum gratie et virtutum ex solo desiderio et voto ad hoc sacramentum. Et tale preceptum vocat manducationem spiritualem quam precepit a xpo id est verbo prelato. Quantum ad adultos in quibus requiritur non solum vita spiritualis. que datur eis per baptismum. sed et nutrimentum gratie quod continetur in hoc sacramento quia aliter non possent diu in vita spirituali perseverare propter mutabilitatem voluntatis que prona est ad malum. sicut homo non potest corporaliter diu vivere sine cibo corporali. Quod autem hoc nutrimentum spirituale sine sacramentali sumptione corporis et sanguinis xpi possit haberi. patet exemplis de sanctis patribus quorum status secundum opinionem grecorum predicta erat condempnandus qui per triennium aut quadriennium vel per viginti aut triginta aut quadraginta annos stabant soli in interiori deserto. neminem per totum illud tempus videntes. ut patuit de sancto Benedicto. beato Antonio. et de sancto heremita. et sic de aliis qui hoc sacramentum non recipiebant. et tamen continue proficiebant. ut patet in vitis patrum. Sic effectus huius sacramenti est gratie augmentatio vel deperditi restauratio per peccata venialia restauratio. Et ideo quibus neutrum istorum competit non usus huius sacramenti competit. parvulis autem ista non conveniunt. ut iam dictum est. Et ideo sufficit eis habere vitam spiritualem quam receperunt in baptismo. quia illam non possunt amittere per peccatum mortale nec diminuere per peccatum veniale quia diu carent usu rationis. Et ideo nullo modo competit usus sacramenti. competit tamen eis aliquis effectus huius sacramenti scilicet quod sint xpo et ecclesie incorporati per gratiam. sed istum effectum receperunt in baptismo in quo spiritualiter xpo et ecclesie renascuntur.

Ad illud quod arguitur de baptismo etc. Dico quod forma latinorum est convenientior. Primo quia in ea exprimuntur omnia necessaria ad baptismum scilicet minister cum dicitur ego. actus ministri cum dicitur Baptizo. actus baptizati cum dicitur te. Et virtus baptismi principalis totius Trinitatis cum dicitur In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Quod non est ita in forma baptismi grecorum. Secundo quia magis concordat verbis xpi dicentis. Euntes baptizate omnes gentes. In nomine patris et filii et spiritus sancti. Ex quo patet quod licet deus sit qui principaliter baptizat tamen per hoc non excluditur operatio ministri baptizantis

Et ideo convenienter.

Et ideo convenienter exprimitur in forma baptismi. cessante illo errore qui fuit in primitiva ecclesia. Unde istam formam accepit ecclesia Romana a beato Petro Apostolo sicut et aliorum sacramentorum.

Ad illud quod dicitur quod papa debet imitari xpm etc. Respondet ad hoc Nicholaus papa in epistola sua predicta. Non quales sacerdotes domini sunt. sed quid de domino loquantur vobis magis opere pendendum. Nec in vicariis beati petri apostoli vobis est attendendum quales sint sed quid pro correctione ecclesiarum et salute vestra satagunt. Nec enim illos inferiores dicetis scribis et phariseis sedentibus super cathedram Moysi de quibus dominus precepit dicens. Quecumque dixerint vobis facite. secundum opera illorum nolite facere. Ergo. Imperator. considerate quod si illos dixit audiendos qui super cathedram Moysi sedebant. Quanto magis sunt audiendi illi qui sedent super cathedram petri. Preterea quero ab episcopis Fotiane. Quis est superbior iudicandus. vel dives superbiens de hiis que iuste possidet. vel pauper superbiens de hiis que numquam habuit nec habebit. sed credit se habere illa que dives possidet et habet. Sic contingit miseris grecis secundum dictum xpi quod festucam in alterius oculo reprehendunt. et trabem in suo proprio non vident. Quia dum superbiam et vitia aliorum detestant. et tamen per eorum superbiam luciferi recte imitantur. qui dum usurpare voluit quod suum non erat. iuste amisit quod suum erat. Sic Fotianus episcopus non contentus dignitate episcopali nec potestate patriarchali. dum usurpat sibi nomen universalitatis amittit omnem auctoritatem episcopalis dignitatis. Unde audeo dicere quod quicumque episcopus alius quam Romanus facit se pontificem orbicularem. non potest ligare aut solvere quam puer hodie natus. Videat ergo ipse quicumque sit ille. in quo statu est. Et in quo statu ecclesiam dei regit. Et hec sufficiant pro ratione premissarum solutionum.

Nunc restat auctoritatibus et rationibus sanctorum ostendere quod obedire Romano pontifici sit necessarium ad salutem.

Primo probatur hoc per illud quod dicit Apostolus ad Romanos xiii. Qui resistit potestati dei ordinationi resistit. qui autem resistunt sibi ipsis dampnationem acquirunt. Et si hoc est verum de potestate temporali de qua loquitur ibidem Apostolus. quanto magis credendum est esse verum de potestate spirituali que specialiori et diligentiori cura fuit immediate a xpo ordinata et beato petro data. Secundo quia omnis scismaticus est in via perditionis. quia est divisus ab ecclesia sine qua non est salus nec vita spiritualis. Sed non obedientes Romano pontifici sunt scismatici. ut patet ex precedentibus. quia ovium est pastor. Romana ecclesia est caput omnium ecclesiarum et habet auctoritatem plenariam in universali ecclesia. ergo non obedientes sunt in via dampnationis eterne.

Preterea imitatores Fotii sunt in via perditionis. Sed illi qui non obediunt pape nec ecclesie Romane. propter hoc quia per eam additur spiritum sanctum a filio procedere. sunt imitatores Fotii ergo etc. Minor patet. quia sicut Arriani sic Fotii. sunt in statu perditionis eo sicut illi. sic isti sunt condempnati et anathematizati. ut patet per octavum concilium generale Constantino

poli. celebratum. cuius acta et dicta ex integro apud nos sunt ubi legimus quod fotius fuit condem-
pnatus et anathematizatus cum omnibus suis sequacibus ex eo quod ausus fuit ecclesiam constantinopolitanam
separare ab obedientia Romane ecclesie occasione predicta. C. Si autem dicat quod fotius non
illa occasione fuit condempnatus. Sed quia sanctum Ignatium indebite de sua sede expulit et ean-
dem sedem invasit. C. contra quia propter hoc non fuit principaliter generale concilium congregatum et celebratum
cum ante dictum concilium fotius fuit de sede expulsus. Et sanctus Ignatius eidem restitutus
C. Nam mortuo Michaele imperatore predicti fotii fautore. Basilius successor in imperio de
mandato Nicholai pape. fotium expulit. Et sanctum Ignatium restituit. C. Et ideo non oportebat
propter hoc concilium generale solummodo celebrare. Sed celebratum ad reunendam ecclesiam constantino-
politanam quam fotius ab ecclesia Romana diviserat.

Non quasi gesta anno domini a Greco recessionum.

Preterea sicut istoriae quae apud grecos reperiuntur. C. Et maxime sicut patet ex cronica liberati
Carthaginensis. Archidiaconi colligitur. A tempore Arrii usque nunc. Ecclesia constantinopolitana
fuit divisa duodecim vicibus ab Ecclesia Romana. Et omnes divisiones precedentes istam
ultimam fuerunt ex causa alicuius heresis vel scismatis ex parte Ecclesie constantinopolitane non ecclesie
Romane exortis. C. probatio. Nam quicumque aliquis hereticus vel scismaticus episcopus ecclesiam
Constantinopolitanam occupavit statim eam ab ecclesia Romana separavit vel in separatione eam
tenuit ut patet. de Arrianis et Macedonianis qui per triginta sex annos. Et de Euti-
anis. qui plusquam per centum quinquaginta annos. et de yconomachis. i. persequentibus
sacras ymagines qui plusquam per quadraginta octo annos. eam diviserunt et in divisione
tenuerunt. C. Sicut patuit de scismaticis. scilicet quodam Johanne patriarcha. Constantinopolitano
qui tempore pellagii pape. beati gregorii predecessoris. ausus fuit sibi nomen universalitatis
occupare et usurpare propter sedem imperialem. cuius ratio postea et soluta fuit. C. Et de Fotio
fotio qui similiter dictum nomen sibi usurpavit occasione sumpta ex processione spiritus sancti
a filio. C. utrorumque istorum dictam Ecclesiam a Romana separavit ecclesia. C. Et nunc a foti-
anis in eadem separatione tenetur. C. Sed per oppositum quicumque aliquis sanctus catholicus potestatem
ecclesie tenuit. si illam divisam invenit statim illam reunivit Romane ecclesie vel eandem in
unione conservavit. ut patet de omnibus inductive. C. Unita enim erat tempore beati paulini episcopi
quem Arriani sub altari suffocaverunt. C. Et tempore beati flaviani. quem flagellatum eu-
tiani in carcerem strangulaverunt. C. Et tempore beati gregorii nazazeni. Et beati iohannis
crisostomi. quem sui emuli et scismatici de sede sua expulsum ad exilium ire compel-
lerunt. C. Et tempore beati Ignatii. quem fotius et sui complices de sede sua iniuste ex-
pellerunt et multipliciter persecuti fuerunt. C. Temporibus quoque omnium istorum ecclesia constantinopolitana
fuit unita et obediens ecclesie Romane. et ab eorum successoribus qui immediate dictam
sedem indebite invaserunt preter quam dicti gregorii. fuit divisa. C. Si quoque nullus sanctus
catholicus dictam ecclesiam a Romana ecclesia divisit nec in divisione eam tenuit. sed tamen heretici

et scismatici. qui dum ad libitum omnia agere et dicere sine freno et impune volebant. beati petri
et successoribus eius adnichilare. aut in aliquo diminuere potestatem satagebant. C. Sed constat
quod omnium predictarum divisionum causa fuit aliqua heresis vel scisma. Et illa causa fuit ex parte
ecclesie constantinopolitane Et non Romane. que semper eodem modo in predictorum temporibus se habebat.
Modo de ista ultima divisione videamus. C. Quia cum ecclesia dei. debeat esse una sicut est
unus deus. una fides. unum baptisma. C. Et iste due ecclesie. scilicet Romana et constantinopolitana
iam se divise sunt. quia neutra obedit alteri. Necesse est quod una existente in statu salutis
scilicet illa que habet iustitiam pro se. Alteram esse in statu perditionis sicut sunt scismatici. Sed in illa in
qua est defectus qui causa est huius divisionis. C. In qua quoque illarum debemus iudicare esse defectum
esse. vel illa in qua duodecim vicibus. Iste defectus qui est causa divisionis fuit repertus
vel illa in qua numquam defectus fuit. C. In qua parte est iudicandum esse causa divisionis vel in
parte que est in eodem statu in quo erat quotiens ad rebellionem et inobedientiam tempore hereticorum
et scismaticorum vel in illa que quotiens ad credendum semper in eodem statu fuit et perseverat
in quo erat tempore sanctissimorum episcoporum Constantinopolitanorum supradictorum . C. Sic
miseri. Greci in statu damnationis existunt. Et periculum in quo sunt non advertunt
C. Et quod est extreme dementie. advertere contempnunt.

Preterea. videamus ad fundamentum. quod habent. quam fragile sit et debile. C. Et quam ne-
cessarium est illi fundamento. innitentes. corruere. C. Et sit quanta ratio et ultima. C. Sup-
posito. quod ecclesia Romana sit vera catholica et apostolica ecclesia quam sicut symbolum Constantinopolitanum
omnes tenent credere. Nonne si ita est. omnes separantes se ab eius obedientia. erunt scismatici
et separando se ab ecclesia catholica Et ab obedientia eius sunt in statu. in statu eterne dampna-
tionis. Et etiam est quod sic. C. totum quoque fundamentum quod sustinet eos ne puteum abissi
corruant. est heresis ecclesie Romane. quo ablato si in eodem statu persistant necesse est eos ca-
dere in illum puteum infernalem. C. Et sic sunt in tali statu quod herezeos latinorum sustinet
eos. C. hoc totum habent concedere. C. tunc ergo quero que sit ista heresis quia inquiunt latini
addiderunt in symbolo niceno quod spiritus sanctus procedit a filio. C. tunc quero ab eis. utrum
constat eis quod non procedit a filio. C. Quia ex quo affirmativa est heretica. oportet quod negativa
sit catholica. C. dicant quoque mihi in quo loco sacre scripture exprimitur. aut in quo concilio generali
determinatur ista propositio negativa. scilicet quod spiritus sanctus non procedit a filio. C. Iam est. dictum
est quod non sequitur scriptura non dicit quod non sequitur ex filio. Si quoque non dicimus quoque dicimus quod non
est ex filio. sic supra ex sanctitatum est. de stellis paribus vel imparibus. C. si quoque nec sacra
scriptura. nec examinatione alicuius concilii generalis. potest evidenter concludi. Ista negativa. scilicet
quod spiritus sanctus. non procedit a filio. Qua ratione audent greci asserere dogmatizare illam ne-
gativam. facientes additionem prohibitam sub pena anathematis. quia si spiritus sanctus procedit a filio

c hoc negat. et negatiuā tamq̄ fidē astruit. p ista negatiuā additā aliā fidem statuit. C. asodo q ista negatiua sit uā nō possit ondere quare sequit q in eadē reatu sut mꝰ latinos ee dicit. C. Si forte dicat q ista negatiua nō assumit n affirmatiuā appositam recepit. qz neutrā pte ē certa. eo q nō sit in sacra scriptā nec aliquo cōsilio gnali determinata. gᵒ utraqz pte ē eis dubia. s q sps scūs pcedit afilio et q nō procedit. C. Cua gᵒ fronte ausi sunt pro eo q eis dubiū et incognitū maledictiois anathemat in summū potificē et in totā ecclesiam Romanā irrogare. C. Et se omes ab eius obediā separe. Cuia si fuisset rōnales uiri. factū tam enorme et tā nōbile et atota celesti curia nō debuissz agredi p eo q eis dubiū dō fuissz eis ul' deccelo reuelatū. bel p cōsiliū generale determinatum.

Reassumendo gᵒ pdicta. Arguo sic. C. Si Romanus pontifex cū tota ecclia sua habet iusta cam p se et teat bam fidē cathocaz. Omēs recedentes ab obediā eius sut tamq̄ scismatici in uia dapnatōis eterne. C. hoc ē gerētis ctum et nō dubiū. et hoc ocedunt C. sz q ecclia romana teat malā fidē siue hrsim. C. hoc ē eis dubiū et inctum. C. et sic incerti sunt. btru iuste ab ecclia ei recessint ul' nō. Et tn cti sut. q si in iuste recesserunt in uia dapnatōis sut. C. sic gᵒ ocludit. q de pte q̄ ē cōtra eos cti sut. de pte autē que ē p eis sut incti et dubij. C. concludat quale fundamētū hnt. et in quo statu st. C. Sz adhuc. illud moicuz et bacillās fundamētū et tā debile ocuriamꝰ fortiꝰ ut si fi pt. frangat. ut sit necesse sit eis. bl' tale fundamētū dimittere. et ad ouile xpi redire. uel cū tali fundamēto. i infernū corruere. C. si forte conant' suā ctitudinē defēdere. dicentes se ee ctos. q Romanꝰ potifex ē depositus tamq̄ hereticꝰ cū oibz suis adherentibus. pp additionē pdictā ad symbolū Nicenū. C. contrā supposito. q istaaddictio sit uā et cathocā. Quero si Romano potifici. pontifici licuit illā additionē facere pp maiorē fidei declationē. ul' nō. C. si dicat q sic. gᵒ nō debuit ab illis deponi i eo q addidit. C. Sz in eo q fliue addidit. C. sz de fliatate. illa nō sunt cti ut dēz. ē gᵒ pp hanc uiā nō pnt suā ctitudinē deffendere. C. si dicat q p aliā uiā. s q nō licuit sibi facē aliquā additionē qtūcūqz uām et cathocā. pp phibitionē cōsilij ephesini. C. qt̄ā. qz an illud cōsiliū. hoc sibi licuit. gᵒ et post cōsiliū. ide sibi licebit. C. ps. ontia. C. tum. quia sumꝰ pontifex ē sup omē cōsiliū. cū ad ipm ptiñat omē cōsiliū ofirmare uel infirmare. aliquā robur heat. C. tn et quia illud cōsiliū ephesinū. auctē eiꝰ fuit cōgregatū et celebratū. C. tn et. qz i illo cōsilio nō fuit phibitū fieri quacūqz addictionē sz facē aut scribē aliā fidē. ut patuit supā. C. adderūt aut ad articulū fidei aliquid ibi. pp maiorē declationē fidei nō ē aliā fidē facē. sz eandē ofirmare. C. bn quilibet adderet ad dictū symbolū cū dicat. Et incarnatꝰ ē de spū sco. ex maria bgine rc. et diceret ex maria semp bgine rc. nō faceret aliā fidē. sz eandē ofirmaret. et eandē clarius declararet. sic pualiz in pposito nrō qd nō aduertunt ignati greci. C. tn i. qs

licet cuilz simplici clico et theologo totā sacrā scripturam et omia cōsilia et decreta summoꝝ pontificū exponē. tamē berēdica expositione. pz quia licitū ē omi fideli. qd' scitū est lucidare. bn ecclastici xxiiijᵒ. dicit sapiā. Qui elucidat me. bitam etnam hebut. nōne et cirillus Alexandrinus exposuit cōsiliū. Nicenū p duodecī capla que in cōsilio calcedonensi fuit accepta et ofirmata. Et io absurdum et ridiculū ē dicē. q cōsiliū epphesinū. phibuit fieri expositio. articuloꝝ fidei in symbolo. niceno otentoꝝ. qz hoc eēt phibere paratos nos ee ad satisfationē oi potati. nos rōnez de ea. q in nob fidez q expssum ē. qt̄ā pceptū et documētū bti. petri apti in pma epla iijᵒ caᵒ. Et pz. ontia quia bitatem fidei nō possumus ō infideles deffendē. n' de eadē fidē omi poscenti nos rōnem reddere. n audeamꝰ sacrā scripturam. Et omia que ad fidē ptinēt exponē et declarare. Iste expositiones et declationes nō pnt fieri sin additione uboꝝ. Et io si ytas additiones facē debere que ad fidē ptinet. lz cuilibet clico simplici. Quare hoc fidē nō licebit summo pontifici ad quē pncipalit ptinet dubia circa fidē declarare. Et omēs hrsēs. ubiqz sut extirpare. Nec pnt dicē q sit licitū summo pontifici addere alia uba ad symbolū pdictū. Et nō illud. C. qᵒ. gᵒ. illud de pcessione spūs sci afilio erit magis phibitū q alia. Sz. bn hoc hnt nisi apuisa uolūtate eoꝝ. Qd aut ista additio fuit necciā ad exponendū articulū fidei de diuinitate spūs sci loquntem pz. Cuia nob ē neccrium ad salutē. credē spm sanctū ee osbalem et coequalē. nō solū pri sz et filio. Arrianis gᵒ quērentibꝰ rōnem osbalitatis filij cū pre. quid respondendū ē. n. quia generat apatre sbaliter. Eodē mō macedoianis quērentibz rōnem de osubalitate spūs sci cū patre et filio. quid pt rnderi. n sic spūs. s. q idē ē osbalis utriqz. quia ab utroqz spirat sbaliter. Alit' cūz eet dubiū simplicibus et nouit ad fidem qūsis. btrū sps sctus eēt equalis eēt osubalis filio sicut patrē. n pcessio eiꝰ afiliᵒ exprimeret. Et q hᶜ expositio sit bā et cathocā patuit supra quia osonat sacē scripturē ac dictis omniuz sctoꝝ tam latinoꝝ q grecoꝝ. Fuit et ista oclusio. s. de pcessione spūs sci afiᵒ determiata in plurs q sep. cōsilijs. tam gnalibus q sinodalibz. q et puicialibus celebratis in ptibus ytalie yspanie. gallie. Et pp multas hereses ō. uitatem pdictā. in pdictis ptibꝰ insurgentes ordinatum fuit asummo. potifice. Et cōsilio eiꝰ istā oclusionē addē simbolo Costantinopolitano satis cito post celebrationē illiꝰ cōsilij inquo idē simbolū fuit gdditum. Et cā fuit. quia tūc tempris plures hrtici et maxie arriani erant in ptibꝰ occidentalibꝰ pdictis q orientalibz. ideo neccrium fuit. i fortius remediū adhibere ii mortalibꝰ pdictis q orientalibz. Ideo neccrium fuit. i fortius remediū adhibere ii mortalibꝰ ... bus magis uigebat. et pcipue circa diuinitatē spūs sci et pcessionē eiꝰ ii pncipalibꝰ errabant. Si aut dicat greci. q io nō recepiut cōsilia celebrata inptibꝰ occidētalibꝰ

quia nō fuīt uocati. Videant ipi ꝯ que ē ista rebellio. Nō eīꝫ ē ꝯ hoīem sꝫ ꝯ deum ⁊ ꝯ saluatorē aīaꝝ suaꝝ. Nam supposito ꝙ nō fuīt uocati. debeat se ꝑꝑ hoc ī flumī demergere. Equalis ē ista vindicta qꝛ a papa fuīt despti. Ideo ī despectū eius noluit ꝑꝑam salutē despicere ⁊ ad morte eterna tendere. Videant ista ⁊ ꝯsidēnt quale fundamentum hūt. Tamē dico ꝙ in ꝯcilio gn̄ali lugdunen̄ celebrato. oēs uolētes venire fuīt uocati. Sꝫ qꝛ greci iam scismatici ērāt. Ideo venire ⁊ obedire eccle tenuerūt. Vltimo ꝯfirmo istam ꝯclusionem .s. ꝙ necē sit ad salutē Romano pōtifici obedire p doctores grecoꝝ. dicit eīm Cirillus li. thesauroꝝ. Itaqꝫ fratres mei si xp̄m imitamini. ut ei oues uoce eius audiam̄ manētes in ecc̄a petri. Et nō inflemur vento supbie. ne forte tortuosus serpens ꝑꝑ nr̄am ꝯtentionē. Nos ditiat ut euā olim de paradiso. It maxim̄ in ep̄la orientalibꝫ directa dic. Coadunatā ⁊ fundatā sup petrā ꝯfessionis petri dicimus vniūsalē eccliam. sm̄ diffinitionē saluatoris in qua necē salutē aīaꝝ nr̄aꝝ ē manere ⁊ ei obedire. suam suantes fidem ⁊ ꝯfessionem.

Et hec dicta p scā ꝯclone ac quarta suffitiant

Ostqꝫ satis disputatū ē de duabꝫ pmis ꝯclonibꝫ. Int̄ quas ⁊ quanta fuit in secreta. Iam restat diffinire de tertia .s. vtrū post hanc uitam sit aliq̄ pena purgatoia. Et pbat ꝙ sic. pmo p id ꝙ scribit Machabeoꝝ xij. Scā g̊ ⁊ salubris ē cogitatio p deffunctis exorare dnm̄ ut a pccatis soluant̄. Sꝫ p deffunctis qui sūt in paradiso nō ē orandū quia nō indigent. Nec p ill' qui sūt ī inferno qꝛ a peccatis solui nō poss̄t eo ꝙ ī inferno dapnatoꝝ nulla ē redeptio ut dicit Iob. Ergo post hanc uitā sunt aliqui nondū a peccatis soluti qui tn̄ solui pnt ⁊ nō sunt dapnati ad morte etnam. Ergo sunt ordinati ad gloriam etnam. Sꝫ ī illā nō intraibūt. nī ab omi peccato sīt bn̄ purgati qꝛ nichil inmundū ⁊ coīquinatū ī illā intraibit. ut dr̄ Apochalyps. Ergo oportet dicere ꝙ aliq̄ purgatoiū aīe restat post hanc uitam

Secundo arguo p illud ꝙ xp̄s dic Mathei xij. de omi vbo ocioso ꝙ locuti fuīt hoies reddēt rōnem in die iudicij. Certū ē ꝙ p reddē rōnem de vbo xp̄us cōminat aliq̄ penā in iudicio dei infligendā p vbo ocioso. qꝛ hoc vbum insupit ad ondendā quanta pena digni erūt loquētes blasfemiā in spm̄ sctm̄ ut pꝫ ibidem. ꝙ argumētiz xp̄s nō ꝯcluderet. nī p locutionē ociosi smois penā ēē debitā insinuaret. Sꝫ nō penā etnam. quia nō omē vbum ociosū ē pecc̄m mortale ergo tempale. Ergo oportꝫ ꝙ sit aliq̄ pena post morte que sit punitiua pccati locutionis. Eadē rōne cuiuscūqꝫ altius peccati venialis. Et illā penā dicim̄ ēē purgatoriū. Sꝫ forte dicet in aliquis ꝙ in die iudicij nulla erit punitio scoꝝ. vn̄ Mathei xxv. dr̄ ꝙ xp̄s statuet oues a dextris. Edos aūt a sinistris

Et postea ꝯcludit ꝙ ibūt hij .i. repbi ī suppliciū etnum. Iusti aūt in uitā etnā. g̊ nō uidet̄ ꝙ tunc aliqua pena iustis infligatur. aliť oporteret dicē ꝙ in uita eterna ēēt pena. Sꝫ sciendū ē ꝙ p die Iudicij in scriptura sacra nō solū accipit dies iudicij gn̄alis. in qua omēs resurgent. q̄ et uocat nouissima dies. Sꝫ freqnter iudiciū p punitione q̄ iuste infligit p culpa. Sic et accipit iudiciū Iohis v. Qui audit vbū meū ⁊c. hēt uitā eternā. Et in iudiciū nō uenit. sꝫ transiet de morte ad uitā. Manifestū ē ꝙ nō loqr ibi de iudicio gn̄ali. in quo oēs astabim̄ an̄ tribunal xp̄i. sic dic Aptus. Sꝫ loquit̄ ibi de pena p culpa infidelitatis īfligendā post hanc uitā. Et sic p die iuditij intelligit tps quo ponit aliqua aīa in purgatoio p uerbo ocioso. vel alio pecco veniali. Et uocat̄ dies iuditij dei ad driam dei iudicij hominum qui in hoc sclo malefactores iudicat ⁊ punit. Similiter dies mortis vocat̄ dies iudicij pticularis ⁊ nō gn̄alis qꝛ tūc iudicat de qualꝫ p̄ morientē ad quā ptē dꝫ ire. Sic pt accipi hic dies iuditij.

Tertio arguo pncipal̄r p vbū Apli p̄a ad corintheos iij. ubi dr̄ sic. Siquis aūt sup hedifficat sup̄ fundamentūꝫ hoc aurū argentū lapides ptiosos. ligna fenū stipulā. vniuscuiqꝫ opus quale sit ignis pbabit. si cui' opus manserit qd sup̄ hedifficauit mercedē accipiet. Si cui' opus arserit detrimētuꝫ patiet ipē aūt saluus erit. Et sic tn̄ q̄si p ignē. Certū ē ꝙ hic dies dnj uocat tepus q̄ ē post hoīs. nam hō hēt hic diem suū qn̄ pt facē qd uult siue bonū siue malū. de quo die lo. Luce xix. vbi loquens ciuitati Ierusalē dic. Et nūc in hac die tua q̄ ad pacē t. post morte aūt deus hēt diē suā qn̄ ipē solus facit de homine omē ꝙ placet sibi. puenō ipm̄ sm̄ merita uel demerita ei'. De qua die iterz loq̄ Luce xij. dn̄i dic. xp̄s ueniet dnūs serui illoꝝ ī die quā nō spat ⁊ hora qua ignorat ⁊ ptē ei' ponet cū ypocritis. Si g̊ aīa saluand̄ post hanc uitā patit̄ detrimētūꝫ .i. penā p ignē ⁊ hoc ꝑꝑ opa cremabilia q̄ fecit. q̄ nō aliud q̄ pecca venialia p lignū fenū ⁊ stipulam designata. Oportet de necessitate isti' sac̄ scripte auctoritatis ꝯcedē pt hanc uitā ignem purgatoriū ēē.

Quarto pncipal̄r pbo eandē ꝯclonē p id ꝙ dic Aptus ad corintheos xv ca. Quid inquit facient qui baptizant p mortuis si oio mortui nō resurgunt. vt quid eīm baptizant p illis. Vbi ē sciendū ꝙ p baptizationē intelligit opus aliqd satisfactoriū qd dr̄ baptismus in q̄ntū ꝯfert opus simile effectui .i. aīam effectui baptismi. q̄ ē purgatio ⁊ libatio aīe a culpa ⁊ pena. Sic sūt ieiunia elemosine orōnes ⁊ similia q̄ ꝯsueuit fieri p deffunctis. Tunc arguo sic. si purgatoriū nō ē post hanc. frustra aliq̄ p mortuis baptizant. qd̄ ē inꝯueniens. sꝫ aptus g̊ ⁊ illud ex quo sequit pbat' ꝯtrie. Opa satisfactoia nō ualet existentibꝫ ī inferno

damnatorum nec cum pueris in paradiso. Ergo si valet oportet dare aliud locum, ubi sunt anime indigentes purgatione et satisfactione pro eis fienda. Et hunc locum vocamus purgatorium.

Quinto principaliter. Si negativa contraria istius conclusionis esset vera sequeretur quod non melioris conditionis esset ille qui in presenti vita satisfaceret pro peccatis suis venialibus quam alius qui hoc negligeret. Sequeretur etiam quod inter innocentem et peccatorem quantumcumque vilissimum peccatis multiplicatis citra tamen peccatum mortale, id est qui non habeat mortale sed multa venialia, nulla esset differentia apud deum. Consequens est contra divinam iustitiam que reddit unicuique secundum opera sua, ut dicitur in psalmo. Contrarium patet. Suppono quod sint duo homines equales in meritis, sed unus sit innocens. Alius commisit mille millia peccata venialia. Casus est possibilis quia multum peccatum veniale tollit meritum nec diminuit iam acquisitum, sed tamen obligat hominem ad penam temporalem. Tunc volo quod ille peccator nullam penitentiam de tot peccatis venialibus umquam fecit. Tunc si ille peccator sine penitentia et innocens qui numquam peccavit et alius equalis istis in merito, qui similiter peccavit sicut primus, sed penitentiam egit sufficientem, simul ex hac vita decedat, tam cito erit unus in paradiso quam alius et eque cito et equaliter quilibet eorum videbit deum et erit beatus. Ulterius sequitur quod ecclesia errat que orat et instituit orationes et suffragia fieri pro animabus defunctorum que omnia starent frustra et essent vana si purgatorium non esset. Consequens est hereticum. Item sequeretur quod omnes revelationes que facte fuerunt toties et totiens et tot modis et in tot diversis locis et temporibus et tot sanctis hominibus essent false et deceptiones. Consequens est absurdum quia per eandem rationem omnes revelationes prophetice essent dubie utrum a spiritu sancto fuissent vel a maligno. Cum multi gloriosi sancti vita et miraculis fulgentes et spiritu prophetico multa occulta revelantes revelationibus sibi factis fidem adhibuerint et easdem memorie et scripto commendaverunt, quos non est fas credere a spiritu maligno fuisse deceptos quia qui in omnibus tam potentes erant quod ipsum de corporibus obsessorum eiciebant. Et tamen isti fere innumerabiles revelationes fecerunt de purgatorio et penis quibus aliquae anime affligebantur. In eo quod recitat beatus Gregorius in 4to libro dialogorum fere per totum et in pluribus aliis libris et historiis autenticis et legendis sanctorum tales revelationes de eodem purgatorio invenimus et legimus. Omnia igitur necessaria contraria istius conclusionis hic probate est contra ordinem divine iustitie et contra auctoritatem sacre scripture et contra doctrinam et ritum ecclesie et contra veritatem et revelationes propheticas pluribus sanctis novi testamenti factas merito condempnanda est tamquam heretica. Et ideo omnes tenentes eam sicut illi etiam qui et qui contradicunt auctoritati ecclesie est hereticus censendus. In quo statu si decedat invenit non purgatorium sed infernum.

Confirmatur ista conclusio per dicta sanctorum grecorum. Dicit enim Gregorius Nazazenus in sermone de defunctis: Si aliquis hic in labili vita purgare peccata minime potuit post transitum hinc per purgatorii ignis conflagrationem, cuius magis fidelis sponsa dona et hostiam in passionis memoriam offert pro filiis quos ipsi sponsi cibo et sacramento regenerare genuit, peccata abluit expedit secundum quod predicamus dogma veritatis servantes. Ita et credimus. Item dicit Theodoricus episcopus cyrenensis super illud prima ad Corinthios iii: Si cuius opus arserit et cetera, dicat sic dicit Apostolus quod salvabitur, sic tamquam per conflatorium ignem purgante quicquid inhieverunt per incautelam pratice vite ex pulverem falsi pedum terreni sensus. In quo igitur tamen diu manet, donec quicquid corpulenti et terreni affectus inhesit purget, pro qua mater ecclesia est et dona pacifica dona pacifica devote offert. Et sic per hoc medius inde purus existens deum sabbaoth perfectissimis oculis intuitus videt.

Nunc restat contra predictam conclusionem arguere ut magis veritas elucescat. Primo arguitur per id quod habetur Apocalypsis xiiii: Beati mortui qui in domino moriuntur. Amodo iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis. Ergo illis qui in domino moriuntur non manet aliquis purgatorius labor post hanc vitam nec etiam illis qui non in domino moriuntur quia purgatorium non est post hanc vitam. Secundo sic. Sicut se habet caritas ad premium eternum ita peccatum mortale ad supplicium eternum. Sed morientes in caritate statim ad premium eternum vadunt. Et sic videtur quod non sit eis aliquod purgatorium post hanc vitam. Tertio. Cum deus sit summe misericors magis est pronus ad misericordiam quam puniendum. Sed sicut illi qui sunt in caritate fecerunt aliqua mala que non sunt digna supplicio eterno, ita illi qui sunt in peccato mortali fecerunt aliqua bona que non digna premio eterno. Ergo cum illa bona non premient in damnatis post hanc vitam, videtur quod nec illa mala debent puniri post hanc vitam.

Ad primum dicendum est quod illud verbum Apocalypsis intelligitur de labore operis ad merendum, non de labore passionis ad purgandum. Ad secundum dicendum quod malum non habet causam perfectam sed ex singulis deffectibus contingit. Sed bonum ex una causa perfecta assurgit ut dicit Dionisius Atheniensis. Et ideo quilibet deffectus impedit perfectionem boni, sed non quodlibet bonum impedit consumationem alicuius mali quia numquam est malum sine aliquo bono. Et ideo peccatum veniale impedit habentem caritatem ne ad perfectum bonum deveniat, scilicet ad vitam eternam quamdiu purgatur. Sed peccatum mortale non potest impediri per aliquod bonum adiunctum quominus statim ad ultimum malorum et miseriam infernalem perducat. Ad tertium dicendum est quod ille qui in peccatis mortalibus incidit omnia bona ante acta mortificat. Et omnia que facit quamdiu est in peccato mortali mortua sunt, quia ipse deus offendens meretur amittere a quo omne bonum habet. Unde ei qui in peccato mortali decedit non manet aliquod bonum post hanc vitam, sicut manet aliqua pena ei qui in caritate.

Ultimo ne aliquid circa premissa obmittatur quamvis michi videtur actum cum aliquid supersit ad agendum. Insistamus nunc disputatores percellere sive stimare que greci asserunt ultra scripta supra circa istam conclusionem. Sciendum est igitur quod multi greci malitia magis quam veritate armati dictantibus tam manifestis sanctorum doctorum non audentes contradicere nec volentes tamen eandem confi-

gunt ad falsa presidia .s. ad mendacia dicentes illas auctoritates se nescire vel non habere. Et ideo
contra hec mendacia dispositi stilum disputationis nostre apponere.
Dicunt ergo greci quod illas auctoritates doctorum suorum per nos allegatas non habent. Et ideo mirantur ut
dicunt quomodo Latini illas auctoritates in libris predictorum grecorum doctorum inve-
nerunt cum ipsi greci dictos libros habeant in quibus nichil tale reperiunt. Et sic con-
cludunt quod latini vel fratres greci ad fidem latinorum conversi talia verba adinvenerunt.
Unde dixit michi unus quod quidam grecus nomine Johannes Vechus mendacia fabricavit in
libro. Sed ad inventio astutie mendacii faciliter deprehenditur ex predictis librorum
voluminibus quorum plura in lingua grecorum scripta conservata sunt in Romana curia
que quidem littera est antiqua et uniformiter continuata. Et antequam dictus Johannes Vechus
esset natus scripta. In quibus sententie doctorum grecorum supra posite ex integro reperiuntur
ut patet per interpretationes bonorum et fidelium interpretum qui linguam grecam et latinam
optime sciebant. Et qui interpretando in eandem sententiam concordabant. Unde quia difficile
est contra eos in hac materia disputare oportet uti verisimilitudinibus secundum regulam iuris
que dicit. Inspicimus in obscuris quod est verisimilius vel quod plerumque fieri consuevit.
Arguo ergo sic. Nonne verisimile est quod si interpretes fuerunt adiurati per nomen domini ut
verba doctorum voluminum fidelius et brevius quo possent interpretarentur nichil addendo
aut diminuendo quod sententiam variare posset. Et scienter oppositum fecerint. Similiter
non est verisimile quod doctores latinorum qui volebant scire doctrinam sanctorum grecorum. Et qui
propter veritatem cognoscendam dictos libros sibi interpretari fecerunt. non laboraverunt ad
hoc quod interpretes eorum absque ulla fallacia predictos libros secundum grecam veritatem interpreta-
rentur. Et ideo nullo modo est verisimile. vel quod interpretes contra hoc quod fuit eis impositum fecerint
vel quod illi qui propter veritatem cognoscendam fecerunt sibi dicta volumina interpretari scienter
fecerint vel permiserint veritatem celari et falsitatem adinveniri. Si autem forte dicatur quod
doctores antiqui latinorum veritatem doctrine grecorum bene habuerunt. Sed ipsi vel eorum suc-
cessores illam doctrinam mutaverunt. Et quod voluerunt addiderunt et sic totum falsificaverunt
Contra. Si ita esset. hoc maxime fecissent de illo libro qui magis videtur esse contra opinionem
latinorum .s. de libro Theologie damasceni in quo videtur dicere quod spiritus sanctus non videtur
esse a filio. Sed latini concedunt sic esse scriptum. quodque ex predicto libro est contra eos allegatum
Et concedunt quod damascenus dixit et scripsit illa verba que supra posui. Si ergo iste
aliorum sanctorum grecorum tam apparenter contra opinionem vel veritatem latinorum scripsit sicut
iste. Si latini corruperunt alios doctores quare non corruperunt istum. Et si non corruperunt
istum. quare ergo corruperunt alios. qui nichil contra latinos dixerunt. Ergo non est verisimile
quod latini libros aliorum doctorum corruperunt qui nichil contra latinos scripserunt. quod est satis
notum. Quia si alii doctores sicut contra opinionem latinorum aliquid scripsissent. pro certo greci pro
defensione sue opinionis ita eos allegarent. sicut allegant damascenum quem solum pro

fulcimento sue opinionis quasi columpnam habent. Item quero ab eis. si recipiunt concilia generalia in grecia ce-
lebrata vel non. Si non pro infidelibus habeantur. Si sic quare non videt epistolam Cirilli contra
errorem nestorii scriptam in concilio primo ephesino receptam et approbatam atque actis eiusdem
concilii incorporatam In qua contra quosdam. beatus Cyrillus arguens contra nestorium. dicentem spiritum
sanctum a filio non esse. ostendit expresse spiritum sanctum a filio profluere. sic aperte ut supra dictum est. Item
absurdissimum est dicere quod doctores tam sollempnes. sicut athanasius. Cirillus. Epifanius
gregorius nazanzenus. Et grisostomus. qui in libris epistolis et sermonibus suis de beata
trinitate. qui tam sollempniter locuti fuerunt. Et de processione divinarum personarum tam sufficienter
et eleganter tractaverunt. Et veritatem contra hereticos quantum ad invenerunt defenderunt. Et
de relatione sive habitudine que est inter filium et spiritum sanctum. omnino tacuerunt. Et quod de eo quod
erat tam necessarium ad fidei declarationem. nichil penitus dixerunt. Supposito ergo quod de
relationis. seu habitudine predicta veritatem determinaverunt. Tunc non quero. sed determinari
cupio. utrum spiritus sanctus secundum eandem relationem qua refertur ad patrem. Referatur ad filium aut
non .i. secundum relationem principiati ad principium. Si determinaverunt quod non quare non agnoscis
modernis non allegant. Et ideo concludo contra eos quod si predicta verba doctorum supra allegatorum
non inveniuntur in libris eorum. ipsi vel heresiarche eorum libros predictos falsificaverunt
Hec est michi credibile cum de auctoritate prelata que scribitur in ad thessalonicenses que dominus Iesus inter-
ficiet spiritu oris sui. Ipsi dicunt quod non habent Iesus. Cum tamen Johannes crisostomus in expositione
illius epistole ponat Iesus. sicut latini habent. Item cum semel frater philippus de ordine ordinis
fratrum predicatorum. disputaret cum quodam greco de ista auctoritate que scribitur actuum xvi. ubi
dicitur quod paulus et sociis eius temptaverunt ire in bithiniam et non permisit eos spiritus Iesu
querendo quare greci non habent Iesu sicut latini. quia credo. Inquit quia greci illud nomen
rasuerunt. Respondit grecus non credo. sed potius latini hoc addiderunt. quia lucas fecit
illum librum in greca lingua. Et ideo magis credendum originali exemplari quam trans-
lationi. Post paucos dies cum dictus philippus respiceret in libro thesaurorum beati cirilli oc-
currit sibi capitulum in quo beatus Cirillus nititur probare quod spiritus sanctus est filii. sicut patris
Et inducit predictam auctoritatem. Quod non inquid non est spiritus filii cum dicatur. quod cum paulus
vellet ire in bithiniam non permisit eum spiritus Iesu. quod verbum in veteri statim dictus
philippus ad illum grecum portavit. Et ostendit. atque ipsum confiteri compulit. quod tanta est mali-
gnitas quorundam grecorum ut non solum dicta sanctorum. sed et sacre scripture. ausi sunt corrumpe-
re vel immutare. Et sic de omnibus que imponunt latinis condempnavit sua. Unde sicut videtur
esse quibusdam sclaviis quorundam hospitiorum qui cibos preciosos et delicatos pro peregrinantibus
custodiunt et ipsi non nisi cibos grossos vel corruptos sumunt. Sicut et sunt quibus-
dam aliis qui de nocte lucernam ante se portant unde sequentes illuminant. Et ipsimet quia
pedes suos ad lapidem offendunt vel in luto ponunt. Sic revera sunt doctores grecorum

cibum spiritualem valde dulcem et proficuum sacre doctrine catholice ministraverunt. // Unde Latini
spiritualiter refecti ac confortati in virtutibus proficiunt. Et ad patriam regni celorum perveniunt
// Sed greci moderni qui de custodia dicte doctrine gloriantur non illam puram sed corruptam
a semet ipsis tenent et legunt et docent. // Et sic verum exponunt (?) refitiunt. ipsi fame periclitan-
tur. // Tenent etiam quod a tergo lumine veritatis fidei quo luce fulget ecclesia latinorum ga-
udens se esse illuminata a doctrina sancta grecorum. dum illam doctrinam moderni greci tenent
non in cordibus neque in moribus vel in operibus sed tantum in codicibus. Si enim illam doct-
rinam haberent in cordibus. Et servarent eam in factis et moribus. Non essent ita excecati.
Ut via sanctorum suorum quos colunt deserentes illos sequerentur quos condempnant et anathe-
matizant. Et quorum nomina ipsimet oderunt. scilicet hereticos et scismaticos qui ecclesiam grecorum
ab ecclesia Romana et eius obedientia subtraxerunt. Quos tamen contra ad scisma et inobedientiam
imitantur. quod nullatenus facerent si illam doctrinam clare inspicerent. ymo statim in quo sunt
ab oriente sic aborrerent. factum et omnes sequaces eius. Et post sequens semet ipsos ab-
orrere deberent. // Sed hoc non videt nec considerare volunt. Ideo contingit illis quod scribitur
ysaie vi. Audite audientes et nolite intelligere. Et videte visionem. Et nolite cognoscere
Excecata cor populi huius et aures eius aggrava. Et oculos eius claude. Ne forte videat ocu-
lis suis. Et auribus suis audiat. Et corde suo intelligat et convertatur et sanem eum. et
dixi usque quo domine. donec desolate sint civitates absque habitatore. Et domus sine homine
Et terra relinquetur deserta. // Videamus si ista punitio que hic comminatur. unde contingit illis
magis a tempore quo ista ultima divisio incepit. // Nam in tempore Andronici filii Michaelis
Paleologi. qui propter suam pusillanimitatem. istam ultimam divisionem fecit. fere totum
imperium amisit. // Nam dictus Andronicus non audens contrare quod ad huc plurimi suarum
traditionum emulatores erant resistere. // Timens ne de imperio ipsum expellerent. et fratrem
suum. quem in carcere tenebat. eo quod ad imperium anhelare videbatur in imperio sublimarent
permisit eis quod volebant tenere et credere sicut ipsi. Et secundum ritum eorum vivere. // Et sic propter timorem
amittendi terrenum imperium. istam ultimam divisionem consensit. Et patrem suum qui ad ecclesiam
ad unionem multa laboraverat maledixit. Et iuramentum quod cum patre suo fecerat de obedientia
Romane ecclesie tenenda irritavit. // Et eo divino iudicio maiorem partem imperii perdidit. scilicet to-
tam asiam. thurcis eam occupantibus. Et alia pars magna sui imperii. que est circa mare.
thurcis et tartaris. eam depredantibus. in solitudinem redacta est. ut patet ad sensum. Et plu-
res alias civitates. Rege Burgarorum et aliis tirampnis occupantibus. // vix. civitas
Constantinopolitana cum paucis civitatibus et castris adiacentibus ipsis. Ex magna parte depo-
pulate in imperio relicte sunt. // Et licet deus quandoque mittat tribulationem aliquibus amicis suis
ad eorum probationem sive purgationem. Cum tamen magnam communitatem civitatis vel regni nunquam deus

consuevit tam graviter et tam diu affligere. nisi propter grave peccatum et generale. ut patet per totam sacram
scripturam. // Et hic non videtur aliquod peccatum generale esse. causa tante tribulationis nisi inobedientia. //
Et propterea quando deus tribulat aliquos amicos suos propter aliquam causam cessante causa cessat effectus
// Sed ut patet tribulatio ista non cessat. Sunt etiam semper in timore et subiectione inimicorum in-
fidelium. Et cottidie sic eorum deteriorantur. // Nam civitas constantinopolitana est fere de 3a parte
deteriorata. // Et forte plus tam in hedifitiis quam habitatoribus et aliis bonis exterioribus
a quadraginta annis citra et cottidie destruitur et depauperatur. Et sic semper stante ista
inobedientia. de malo in peius. ibunt donec ad nichilum redigantur. ut distant per tanta dis-
tantia. inter obedientiam Ecclesie. Et obedientiam turchorum et alienarum gentium. // Et ista
divisio videtur significata in veteri testamento in separatione regni israel a Regno iude. // Nam
sicut Rex israel. timens ne populus suus propter templum domini quod erat in ierusalem in Regno iude ad
Regem iude reverteretur. confinxit novos deos. i. vitulos aureos. et fecit eis templa
Et compulit populum suum eos adorare. et nunquam ad templum ierusalem ire. // Sic constantinus
monomacus. Credens quod papa Romanus abstulisset sibi insulam sicilie videns totum populum
suum ab obedientia ecclesie Romane avertere. fecit sibi novum papam. scilicet de patriarcha suo. vo-
luitque papa auctoritate sua mutare legem divinam et ordinationem christi. // Volens sibi dare plenam
potestatem spiritualem super universalem ecclesiam alteri pontifici quam successori Petri. Et in hoc aliquo
modo se fecit parem deo vel deum. Et sicut filii israel adherentes regi suo tam diu
ista divisione se tenuerunt. donec deus iratus eos totaliter repudiavit atque a se alie-
natos. cum infidelibus deputavit. // Nam in assirios translati. Ritus et legem eorum susceperunt
Et legem dei totaliter contempnentes. gentiles facti sunt. // Vere timeo ne ita contingat
isti populo. grecorum. // Nam quod est orribile. iam plures eorum turchi facti sunt. // Et sic ad
tantum malum devenerunt quod non solum fidem latinorum. Sed christum negaverunt et a fide aposta-
taverunt. // Et adhuc audivi a viris fide dignis quod plures eorum. qui nomine christiani esse
videntur in tanta protervia contra ecclesiam Romanam obstinati sunt. ut non erubescant dicere
quod citius efficerentur turchi. quam latini. // Et plus eligunt fieri discipuli. machometi quam
beati petri. // Desistant ergo ab ista insania. Et revertantur ad gremium et obedientiam. sancte
matris ecclesie Romane. Non propter ecclesiam Romanam. Sed propter salutem suam. Non propter pontificem
Romanum. sed propter deum. quia hec est voluntas et ordinatio eius. Cui resistentes dampnationem
sibi acquirunt dicente apostolo. // Dico ergo revertantur. Ne dum longius errant a veritate et
vera obedientia. longius fiant a salute et vita. Et postmodum redire non valeant. // Inquirant
ergo diligenter veritatem de hoc quod est secundum fidem catholicam credendum. Et cum sic propter deum obedie-
rint. ut veritatem agnoscentes. et veritate agnita facientes liberet eos. // Ipso prestante.
Ulterius. greci possent arguere contra unam rationes supradictas. In qua probatum est Christum sanctum

a filio procedere ex eo quod dicitur esse spiritus oris Christi. // Contra possent respondere per istam rationem // Sequeretur quod Christus procedit a nobis. // Probatur quia in fine lamentationum Jeremie dicitur sic // Spiritus oris nostri Christus dominus captus est in peccatis nostris. Sed ne occasione huius auctoritatis impediantur auditores cogitationum Ideo volo eam solvere. Dico ergo quod Christus dicitur esse spiritus oris nostri metaphorice et improprie. Inquantum dans nobis vitam dat nobis respirationem que est signum vite apparentis corporis. // Vel dicitur spiritus oris nostri loquens in prophetis prophetarum. Inquantum inspiravit verba divina que locuti sunt. Sicut ipse dixit. Luce xxi. Dabo vobis os et sapientiam cui resistere non poterunt omnes adversarii vestri. // Et sic utrobique modo est denominatio cause ab effectu. Sicut frequenter invenitur in sacra scriptura. Sicut dicitur deus fortitudo mea in quantum dat michi fortitudinem. Et spes mea in quantum dat michi spem de semetipso et ita de aliis. // Sic ergo in hoc quod Christus dicitur spiritus oris nostri non denotatur quod aliquid accipiat a nobis. // Sed econverso verum quod ab eo accepimus vitam per respirationem. propter quod subiungitur cui diximus in tua vivemus. // sive aliquid aliud. Sed in proposito non est simile. quia filius dei in quantum deus non accipit aliquid a spiritu sancto. cum non procedat ab eo. Cum ergo per spiritum oris designetur processio. vel ab illo spiritu ad ipsum cuius oris dicitur esse. ut supra patuit. vel ab eo cuius esse dicitur ad ipsum spiritum. // Sic quando accipitur spiritus oris nostri proprie et naturaliter. // Nam illud quod proprie et naturaliter est spiritus oris nostri procedit a nobis. scilicet flatus aereus. // Cum ergo spiritum sanctum sit proprie et naturaliter spiritus filii dei. opportet quod ab eo procedat. // Sed forte ad hoc diceret sic. Tu exponis verbum sacre scripture ad placitum tuum. Ideo non est tibi credendum. propterea qualitercumque dicatur Christus spiritus oris nostri secundum os nostrum non potest accipi nisi secundum humanitatem quia nos non sumus nisi homines et non dii. // Ergo eadem ratione potest spiritus sanctus dici spiritus oris Christi secundum humanitatem et non secundum divinitatem. Sed processio spiritus sancti non procedit ab eo secundum humanitatem. // Ergo relinquitur quod per hoc quod spiritus sanctus dicitur spiritus oris Christi non probatur quod ab eo procedat. // Ad primum dico quod expositio mea fundatur in verbo sacre scripture que nullo modo potest aliter exponi. // Ideo sciendum est huic expositioni nunquam alia expositio vera in hoc concordat cum ista quod non dicitur spiritus oris nostri ex eo quod a nobis sit. sicut spiritus noster. // Sed econverso.

Ad secundum concedens quod ubicumque reperitur in scriptura sacra spiritum sanctum esse spiritus oris Christi hoc refertur ad eius humanitatem. dum tamen non addatur aliquod verbum importans operationem divinam que attribuatur illi cuius dicitur esse spiritus oris tamquam principalis. quia tunc potest referri nisi ad eius divinitatem eo quod humanitas Christi non est deus. Nec proprie operationes divinitatis. // Aliter necesse haberet sic Eutyches ponentes in Christo unam naturam et unam voluntatem et unam operationem. // Et ideo quamvis spiritus sanctus possit dici spiritus oris Christi secundum humanitatem inquantum omnibus donis replevit eam Et tamen modo quo Christus dicitur spiritus oris nostri. // Tamen in proposito cum dicitur Christus spiritus oris sui firmare celos. providere terram. sufficere inspirare sive morte eterna quam a solo deo potest inferri. et sic de aliis apparet necessario in talibus locutionibus quod verbum spiritus oris eius referatur ad eius divinitatem ad quem tamen pertinet ista operatio et non ad naturam humanam. // Et ideo sicut in locutionibus in quibus ponitur hoc dictum spiritus oris hominis. Si verbum spiritus oris sumatur proprie et addatur verbum importans operationem propriam pertinentem ad illum hominem cuius spiritus oris dicitur significatur processio illius spiritus ab homine. Sicut si dicitur petrus spiritu oris sui succendit vel extinguit candelam. // Vel et cum dicitur de Christo quod spiritum oris sui insufflavit in discipulos suos. hic accipitur spiritus oris proprie et secundum humanitatem. // Item in omnibus istis operationibus denotatur processio illius flatus ab homine // Sic in proposito quia in predictis auctoritatibus sumitur spiritus oris proprie. Non quod ideo sit oris sed proprius et naturalis spiritus dei. dicitur spiritus oris dei ad significandum quod est consubstantialis et connaturalis deo. Et ad differentiam aliorum spirituum qui etiam denominantur spiritus dei ut patet // Apocalipsis quarto et quinto. qui sunt septem spiritus dei missi in omnem terram. // Sed nullus de spiritu oris dei nisi spiritus sanctus qui solus proprius est et naturalis spiritus dei. // Et quia in predictis auctoritatibus additur verbum importans proprie operationem dei scilicet firmare celos. Ideo oportet quod in tali locutione importetur a deo operante ad spiritum per quem operatur ut scilicet potentia divina id est filius qui ita operari dicitur scilicet ac si mittens virtutem operativam. Et spiritus sanctus sit illa virtus procedens ab eo. // Et hoc non potest pure voluntati Christi competere. Non enim potest dici quod petrus spiritu oris sui composuit mundum tamquam in virtute sua firmavit celos. Vel quod iudicaturus sit orbem terre tamquam in virtute sua propria et naturali. // Per hoc patet quod licet advertere quanta est differentia in sensu quo spiritus sanctus dicitur spiritus oris filii. // Et quo Christus dicitur spiritus oris nostri. // Cui trino et uno sit laus et gloria. Amen. Explicit tractatus contra grecos. parisius compilatus Et per eius famosam universitatem approbatus.

Hec 8a synodus contra Fotium celebrata, contra ista facta a Jo. pp. 8o. restitutus est nõ post in maria.
Restituitur hic s. ad fol. 83.

Actus consilii generalis octaui celebrati in constantinopoli contra Fotium temporibus
Adriani pape secundi. Et basilii Imperatoris Constantinopolitani. libellus continens
omnia circa magnum Ignatium missus ad nicholaum papam Romanum. Atho
gnosto Archimandrita senioris Rome primatialis constantinopolitani ex nomine Ignatii
patriarche. Ignatius tirannizatus et inlitas temptationes assidue passus et qui mecum sunt
isto tempore experimentum acceperunt decem metropolite. quindecim Episcopi. Abbatum et presbiterorum et cete
rorum monachorum multitudo infinita domino nostro sanctissimo et beatissimo presuli et patriarche
omnium sedium et uertitalis successori et uniuersali pape et omnibus qui sunt sub eo sanctissimis
Episcopis. et omnium sapientissime romanorum ecclesie in domino gaudere. Quis dabit capiti meo
aquam secundum sacratissimum eloquium et oculis meis fontem lacrimarum et plorabo accidentia michi ma
la et corpus que presserunt me barbarorum seueritate. Nam in frigore et nuditate et fame
et diuersis aliis malis cruciauerunt me iniquissimi. Quindecim enim diebus in frigidissimo
et loco et tempore in quodam corpore secreta concludentes domuncula sic uictu et sic uisitatione
ligauerunt equidem in infirmitate graui iam detentum. Uerberantes senem et omnia membra bar
culis confringentes. unde autem hoc michi contigerit etiam scribo. Jam fuam in luctu et pugna
contra auunculum Imperatoris bardam. Qui tirannizauit penitens et uerbis spiritualibus non ces
sabam et reprehendebam minis et insidiis. Causam autem quare ego arguebam ipsum herodialis
fornicationem et ut non obedientem potius expellebam ecclesiam. Super hiis Imperator aliquando quidem
rogabat me. aliquando autem seuera minabatur. si non suassisse fuero recipe auunculum
suum. cum autem Imperator male informatus ab eo noluit matrem et sororem expellere de edibus
regalibus. et iubet michi condere eas. ego autem non suadebam propter merentem uiolenta consilia
propterea ab ecclesia fui expulsus. propterea fui uberatus et exulaui et ligatus inclususque fui
ante nostrorum meditum aduentum. et qui mecum erant eadem passi sunt. propter nos autem date
epistole infrascripte interrogantes. secundum epistole per presbiterum laurentium et duos Stephanos sub
diacones et laicum quos admirauimus manibus nostre sanctitatis ipsa reddi sic effectum remanse
serunt. Cum autem iussu fuimus capafatum illis michi adstare clamauimus coram beatissima sanctita
te appellates iudicari. Sed nullus erat audiens post mutari feci. iterum interrogauimus
quo mandatur nos oportere ad nos uenire sicut monachos et condempnatos aut ut iudicandos
et remiserunt nobis. Quia sic estis digni. Induimus ergo nos sacerdotales uestes et sic
procedebamus ad sinedrium. uel magis dicere latrinum et cum prope essemus mittes Stephanos
in primicerio quodam sacerdote nos expoliauit stolla. postea cum essemus impulsi in templo mise
runt ad nos tres iudicium ministri. Laurentius et duo Stephani et dixerunt ad me. Quid

quem reprehendis episcopus propter istas tot causas et deponitur. Sacra autem estis indue uestem
contimentes quo me ab aliis qui erant mecum. uiolenter solum Imperatoris fecerit abstrahere et Imperato
stati me uituperiis lauit. me autem dicente maiora tormenta passus deposuit furorem
et scabello ligneo sedere me iussit et colloquio eius secreto Radualdum et zachariam uestros
legatos salutare quesiui et data in licentia salutaui. Quos et interrogaui causam sue presentie
qui dixerunt. Legati sumus Nicolai pape. Romani et missi sumus uidere que sunt circa te. Iterum
Interrogaui si litteras michi portauerunt uestre sanctitatis. Qui dixerunt se non habere. quia non uenerant
ad patriarcham sed ad illum qui propria sinodo fuit depositus et parati sumus quod secundum canones sunt
facta disponere. Ego prius de meo auferetis adulterum quod si non potestis non iudices estis. Il
li autem iterum dixerunt sic uult ille ostendentes manu Imperatorem. hiis dictis ad rogationes
conuersi sunt qui erant circa Imperatorem et renuntiationem petebant ut minis nunc suasio
nibus sed non persuadebant. propter hoc et ad metropolitas conuersi alios alter calumpnian
tes et in causantes qui renuntiationem meam ipsi portauerant et quo iterum quererit me pa
triarcham quibus illi contradixerunt eidem duobus malis potius hoc est Imperiali furore et concer
tatione populi leuius elegimus tunc. Sed uos qui estis circa Imperatorem reddatis sedem
patriarche et de nobis non curetis. Sed in istis iterum ad rogationem procedebat Imperia
les. Querentes me renuntiare pallam et sit adulterum sine timore ecclesiam tenere. Cum
autem non suaderer transsiit dies illa et hiis dictis soluta est congregatio hec idem per multos
dies faciebat. cum autem deficerent a sua intentione ad alia machinationes spem suam conuersi
et predictos iudicium ministros mittentes ad sinedrium uocabat me. ego autem dixi. Illuc
